SYNODIA VGONIA EPISCOPI PHAMAVGU-STANI.

DE CONCILIIS

REVERENDISSIMIS Patribus: & dñis meis maxime obseruandis: dñis Alexãdro Farnesio Hostieñ. Antonio a monte Portueñ. Epis. Frãcisco sancte Crucis in Hierusalem. Francisco Cornelio sancti Pancratij presbyteris: & Paulo Cesio scti Eustachij Diacono. S. Ro. E. Cardinalibus prestantissimis. Matthias Ugonius Phamaugustanus indignus Eps: humillimam reuerentiam salutem & cõmendationem .d.

¶ Cõciliorum Synodiã, Authoritatem precipue: ad quãdam quasi mei ipsius memoriã mihi tãtum diu ante collegerã: cum primum de nouissimo Laterano cõcilio: qd fe. re. Julius secũdus summo studio: cura opera fieri haberiq; curabat: verba publice pdire cepissent. Non equidem vt noui iuris aliquid: alijs ea super re scriberem: sed ea magis mente: eoq; consilio: ne si quando: eidẽ me Synodo interesse: ibiq; vel alibi: de hmõi materia verba facere cõtingeret elinguis improuidus disciplinarum ecclesiasticarum ignarus & indignus oĩno eps apparerẽ (vbi vero opus esset) laboris huius mei fructus aliquot: veluti ex quodã quasi referto promptuario breui: vt aiunt: manu decerperem: qui mihi tñ vsui essent: suppeterent: & inseruirent. Illud enim cogitabam: vt compendium hoc apud me perpetuo delitesceret euanesceret: & mecũ postremo periret. Sed vbi inter studiorum cõsiliorumq; meorum participes rumor paulo ante increbuit. S. D. N. Clementem Pontificem maximũ Carolo Cesare Augustissimo bene iuuãte: ac pedibus ppemodum in sententiã cõmeante: synodũ quoq; gñalem: ob vesani Lutheri: longe lateq; iamdiu debacchãtes hereses ppe diem: felicibus auspicijs: necessario: celebrari statuisse. Non defuerũt grauissimi magne auctoritatis viri: mei amantissimi: qui me diu recusantem, perspicuis eorũ rõnibus, validissimis persuasionum argumentis: ac varijs adhortationum stimulis cogerẽt: vt libelli huius farraginem: quã ex sacrorum canonum: priscorum conciliorum: clarissimorumq; doctorum: multiplici lectione in quoddam quasi Enchiridion mihi congesseram, Paulo vberiore stilo ampliatam ederem calcographis imprimendã relaxarem ac in lucem: manusq; aliorum prodire: & periculum de se facere permitterẽ, vt si omnibus: & illis presertim doctioribus pdesse, aut vtilitatis vel cõmoditatis aliquid afferre non posset. Aliquibus saltem paucis: laboris quippiam: in euoluendis libris detraheret: quo circa factum fuit: vt ego: qui in amicos facilis procliuis & obsequentior semper fui: his: & huiusmodi compluribus causis adductus cõsentire: herbam (vt veteres loquebant) tradere. Ac (frõte perfricata) ad amplitudines vestras: penes quas: Mei ipsius, rerumq; omnium mearum plenum arbitrium ac merum & mixtum imperium existit: pro inepta ac quantulacunq; excusatione confugere compulsus fuerim: vt libello meipso: & quicquid in homine esse potest: eisdẽ dicato addicto: & deuoto: pro suo ipsarum arbitrio: iubere: statuere: & (qd maluerint) de nobis ipsis disponere non indignent. Scio enim nõ licuisse ascriptitio seruo: de bonis (etiam pprio sudore acquisitis) quicq;. Preter dominorum suorum voluntatem (legibus hoc prohibentibus) statuere, sed quoniam facta pro infectis haberi nõ possunt: dominis meis: quibus maxime possum precibus humiliter supplico: vt mihi veniã humiliter petenti: clementer ignoscere: & transfugam libellum hunc: qui veluti temerarius Ardelio: de rebus nimis arduis grauissimis: supremis, suisq; prorsus viribus maioribus: de sacro sancte: vz. vniuersalis ecclesie christi dei: ac dñi nostri spõse imaculate: de generalis concilij (qd eius typon & imaginẽ gerit) deq; summi Pontificis: christi ipsius in terris vicarij principis, authoritate: iurisditione: potestate: atq; prestãtia indagare: scribere: disputare: ac reponere ausus fuit. Pro innata sua clementia: in earum clientelam, tutissimiq; Asyli sui perfugium: atq; presidium: recipere dignent: vt sicubi opus fuerit (put certo erit) pro acerrimo iuditio suo, singulari mirificaq; doctrina: eum pro nota: corrigere: castigare: emendare, & (pro cõmuni rei litterarie, ac fidei orthodoxe cõmodo: & vtilitate) in meliorem sensum, doctiorem intellectum: & gratiorem faciem vertere non grauentur: seu si mẽdax neq; inutilis (prout satis vereor) videbitur: totum oblitterari: & flammis comburendum tradi iubeant: Mei nihilominus: earum & sancte sedis apostolice indigni: iamq; emeriti seruuli quandoq; memores: que diu augustissime valeant.
Brixie. Kal. Julij. M. D. XXXI.

Sanctissimo & Clementiss. D.N.D. PAVLO III. Pont. Max.

Beatis. pr. & Dñe. D. Clementis. Post pedum oscula Beatoꝝ. Existimassem me officii debitiqꝫ mei prorsus immemorem. Nisi. S. V. que dei summi vices gerit in terris. Imperfectum meum aperta (vt aiunt) fronte ostenderem. Libellum Conciliorum: quem mihi ipsi diu ante conscripseram ac protectioni Sanctiss. nois vestri & alioꝝ quorūdā Reuerēdissimoꝝ Cardinaliū dicaueram. Posteaqꝫ de futuro generali Concilio iussu. S. V. celebrando verbum prodiit. Ad eiusdem Beat. V. sacros pedes exhibendum mitto: Eidem quibus possum & debeo precibus humiliter supplicando. Vt illum pro me (licet prima facie magnus videatur ardelio) Clementer Benigne & humaniter (vt semper cōsueuit) admittere, audire, & pro meritis eius diiudicare dignetur: vt si quid ieruditum, improbumqꝫ (vt satis vereor) inuenerit: Illud totum insipientie & imbecillitati mee ascribat: obliterandum, Flāmisqꝫ consumendum declaret: & abholeri, reprobariqꝫ seuerissime iubeat. Quicquid autē boni, Iuri, & veritati consonum deprehensum fuerit. Bonitati, & gratie diuine, pro innata clementia sua tribuere dignetur. Cuius gratie, & pedibus sanctiss. me humilime comendo: que diutissime nobis, & sacrosancte ecclesie sue augustissime valeat. Brixie. xiiij. mensis Nouembris. M.D.XXXIIII.

Humilimus pedum. S. V. seruulus Mathias Ugonius Episcopus Phamaugustanus.

Breve eiusdem Sanctiss. D.N.PP. Pro responsione, ⁊ operis approbatione.

A tergo.

Venerabili Fratri Mathie Ugonio Epo Phamaugustano.

PAVLVS.PP.III.

Venerabilis Frater Salutem, ⁊ aplicam Benedictionem. Synodie opus Quatuor distinctum libellis, quod nuper ad nos misisti: libentissime vidimus. Et quantum ex summaria eius lectione deprehendi licuit (Neqꝫ enim per occupationes: quibus obruimur examinare, aut perpēdere singula, cōmodum fuit) opere precium fecisse te, atqꝫ opus christiano viro, ⁊ epo dignum: quod lucem ambiguis inferat non contemnendam: varijsqꝫ succurrat dubijs edidisse arbitramur. Quo nomine te amamus plurimus, ⁊ gratias agimus. Atqꝫ utinam eiusmodi aliquot dominici arui cultores nancisceremur. Minus profecto inopia laboraretur, ⁊ fame. Nam ⁊ leta estas, ⁊ messis proveniret uberior: Nec lappe, ⁊ tribuli segetes enecarent. Nos, quod ad tam egregie mentis, Saluberrimiqꝫ instituti rationem attinet: Fraternitatem tuam in dño hortamur, ut velit in huiusmodi laboribus perseverare: Ac rem christianam (qd multi ad quos spectant negligunt,) tot insidijs, tot dissidijs circumuentam, quibus licet opibus (licebit autem plurimis) adiuvare. Pro hoc nempe tam nobili animoqꝫ, ⁊ opere affecti tibi, ⁊ propitij futuri sumus: Nec rebus tuis usquam, cōmodisqꝫ ⁊ honoribus, quecūqꝫ offertur occasio defuturi. Te enimvero etiam in minoribus dileximus fraterno amore, ⁊ precipuo semper affectu prosecuti sumus.

Datum Rome apud. S. Petrum, sub annulo piscatoris. Die .xvij. Decembris. M. D. XXXIIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

Fabius Vigil.

SYNODIAE VGONIAE PRAEFATIO.



OGI-
tāti mi-
hi:ac diu
mecū se
piuscule
reputāti
quid nā
in causa
esse pos-
set:ꝙ sub
limis il-
la militā
tis ecclesie authoritas: tante existimatio-
nis:precellentie,⁊ glorie priscis temporibus
fuerit. Ut non modo christicolarum popel
li:vilesq̃ plebecule. Sed innumerabiles ex-
cellentissimarum rerum publicarū Sena-
tores. Confertissimi latissimarum prouin-
ciarum populi. Serenissimi Reges. Potē
tissimi totius orbis Monarchiā moderā-
tes Imperatores: humili obsequio libētissime
ei colla subderent. Nostris vero cōtra tēpo
ribus ita deiecta: prostrata ⁊ vilis habeat.
Ut nemo etiam gregariorum, ⁊ obscenoꝝ
hominum inueniatur: qui illam non con-
temnat: qui non tantum minores sacerdo-
tes: sed maiores aut maximos Pontifices
pilifaciat. Quine eorum diuina mysteria:
equissima monita: horrendas Dathan: ⁊
Abiron execratōes: ius: phas: aut sacrosan
cte apostolice sedis grauissima iudicia vene
rari vel audire curet. Quinq̃ potius gentes
sanctam, populum electum. Regale sacerdo
tium christos domini (quod maximo sine
rubore loqui non possumus) non irrideat:
floccipēdat: interno liuore, virulento odio:
nepharijs contumelijs: ⁊ detestandis maledi
ctis: cote diaboli acuminatis linguis, non
persequatur. Haec inq̃ cogitanti mihi, sta-
tim in mentem venit, atq̃ illico persuade-
ri cepit in ligno esse qđ lignum rodit. Nas
postea q̃ priscorum illorum ecclesie nostre he
roum ardens virtus diuinis igniculis co
ruscans sanctimonia: vite ac morum irre-
prehēsibilis norma: capitis membrorumue
assidua: non minus aloes q̃ mellis habens
reformatio. Justitie perpetua cōstansq̃ vo-
luntas: humilis doctrina: ignita dei ac pro-
ximi charitatis dilectio, languescere hemi-
sperium nostrum relinquere: obliuioni de-
mandari ⁊ in desuetudinem pene abire ce-
perunt. Postea q̃ illa duo magna Solis ac
Lune luminaria que solido in firmamēto
diuina prouidētia constituit, vt lucem a te
nebris diuiderent: ceteris astris lumen mu
tuarent: diei ac nocti preessent: ⁊ vniuersam
terram lucis sue radio illuminarent. Luces
ipsam quandoq̃ in tenebras vertere: defe-
ctus ⁊ horrendam ecclypsim perpeti. Ne-
fanda hec omnia leuitici generis ministros
perditis eorum lacessentibus moribus: vt
videre videor: inualescere. Quod quidem di-
uinum vatem Hieremiam maximo mero
re consternatū sollicite vaticinari dixerim,
cum inquit. Quomodo sedet sola ciuitas:
plena populo: facta est quasi vidua domina
gentium. Princeps prouinciarum facta est
sub tributo, non est qui consoletur eam ex
omnibus charis eius: oēs amici eius spre-
uerunt eam, ⁊ facti sunt ei inimici: omnes
persecutores eius apprehenderunt eam in-
ter angustias. Uie syon lugent eo ꝙ nō sint
qui veniant ad solemnitatem: facti sunt ho-
stes eius in capite: inimici eius locupletati
sunt: q; dominus locutus est super eam: pro
pter multitudinem iniquitatū eius: ⁊ egres
sus est a filia Syon omnis decor eius. Fa-
cti sunt principes ipsius velut arietes non
inuenientes pascua ⁊ abierunt absq̃ forti-
tudine ante faciem subsequentis. Uiderunt
eam hostes ⁊ deriserunt sabbata eius. Pec
catum peccauit Hierusalem: ⁊ propterea in
stabilis facta est: omnes qui glorificabāt eā:
spreuerunt illam: q; viderunt ignominiam
eius. Haec ille. Quis enim obsecro est adeo
mētis inops: adeo sui ipsius immemor: qui
veterū annales ⁊ nr̄a hec tēpora secū recen
sendo luce meridiana clarius non intueat
ac intelligat: priscos illos ecclesie patres tā-
tum iccirco auctoritatis: fidei: existimatio-
nis: decorisq̃ facillime assecutos: q; sacro-
sanctam fidem orthodoxam: quam ab ipso
domino ⁊ saluatore nostro christo Jesu: ab
ipsius apostolis, a sacris concilijs ardentis-
sime susceperant. Ita diligenter, pure: deuote
integre, obseruauere: vt iota vnū: aut vnus
apex non preteriretur a lege. Quia quotiēs
aliquid iter christicolas emersisset: quod fi-
dei sinceritatem: maiestatem: obseruantias
offendere posset. Illico sacra vniuersalia cō
cilia: in q̄bus (ni fallor) totius ecclesiastice
discipline neruus roburq̃ cōsistit: omni ac
curata diligentia (que cunctarum bonarū
artium mater esse dignoscitur) frequentissi
me pro communi omnium vtilitate: pro
assidua cultura vinee domini sabbaoth ce-

lebrarunt. In quibus modo luxuriantes,
aridos:inutilesqȝ ramos amputando: mo-
do gibbosos:discolos:⁊ aberrātes preustis
sudibus colligando:vt alta petere possent:
sursum dirigere: pertinaces hereticos ab-
scindere:scismaticos confundere: bene in-
stitute reipublice christiāe vitia omnia pur
garecuncta collabētia instituta reformare.
ac verbo pariter: ⁊ exēplo bene: beateqȝ vi-
uendi normā stabilire cōsueuerūt. ¶ Nos
vero fratesqȝ fere oēs:quibus corpus volu
ptati. Alia vero oneri existit, ecōtra. Ideo
cōtēptui esse:nihili extimari:tantū iniuriaꝝ
vituperationis:⁊ infamie ppeti:qȝ que dei ho
norē,que fidei integritatē:q̄ vitioꝝ reforma
tionē cōcernere possunt. Summa ignauia:
torpenti ocio: perpetuaqȝ negligentia (que
virtutis ac morum inculta discinctaue no-
uerca nuncupatur) de industria prosequi-
mur. Quinimmo scelestissimam Babylo-
nem turpiter incolimus. Quia sanctuariū
domini pphanauimus: peneqȝ destitutum
religmus:qȝ omne in precipiti vitius stetit:
Quia siqȝ quem zelus domus dei comede
rit:de puniendis:tollendisqȝ hereticis: sci-
smaticis:simoniacis:aleatoribus : publicis
cōcubitoribus:⁊ huiusmodi nepharijs: scele
stisqȝ hominibus. De ecclesie moribus re-
formādis:de concilijs celebrandis: verbus
fecerit. Hunc nebulonem: Ardelionem: Si
cophantam: Idiotam: supplantatorem: su-
perstitiosum: hypocritam: execrandum: irri
dendum, exsibilādum: ac omnino explodē
dū existimamus. Quid ergo obsecro aliud
p his corruptissimis moribus nostris ex-
pectamus, aut sperare possumus? cum sal
euanuerit:īfatuatumqȝ fuerit? nisi vt foras
proijciatur: ⁊ a porcis infidelibus conculce
tur? Nam quemadmodum imperium faci
le his artibus quibus partum est: retinet
(vt inquit Crispus) ita contrarijs, vbi p
labore desidia:pro continentia ⁊ equitate:li
bido atqȝ superbia inuasere : fortuna simul
collabitur: ⁊ īmutatur cum moribus. Que
omnia ego qui tantillus homuncio:qui in-
dignus:atqȝ vtinam non pessus inutilis chri
sti ⁊ ecclesie spōse sue seruus sum: cū sedulo
mecum causam meam dijudicando ac sen
tentiam in sinu meo colligendo pensicula-
rem. Non aliter fluctuanti nauicule Petri
(in qua iādudum christus dormitat) op-
portune subueniri prouisumqȝ iri posse exi
stimaui: qȝ si dominus pia miseratiōis sue

clemētia:expergefactus. Saluberrimo ac sin
gulari vniuersalis cōcilij antidoto nostris
calamitatibus atqȝ miserijs christicolas su-
os somno: vinoqȝ sepultos : excitare macu-
las nostras abstergere sancto paracleto spi-
rante: cor mundum in nos creare spiritus
rectum in visceribus nostris innouare: po
pulum sibi acceptabilem sectatorem bono-
rum operus efficere: ac spiritu principali cō-
firmare dignaretur. Qua potissimum con
sideratione adductus: decreui (si tamē do
minus currentem ad metam peruenire cō
cesserit) hac synodali disciplina me ipsum
pro virili instruere. Mihiqȝ vniuersalis cō
cilij libellum qualem ac quantulumcunqȝ
apud me perpetuo deliturum : mecumue
forte periturum: veluti Archetypon ⁊ for-
mularium quoddam eoꝝ que contingere
possent: conscribere. Ne si quādo dominus
ad ianuam cecitatis ⁊ miserie nostre fero:
nocte intempesta: gallicantu, aut mane pul
sare voluerit: me somno torpentem, rerum
omnium penitus ignaꝝ: improuidum: ac
surdo in auditorio stertētem offendat. Nā
⁊ si arduus: perdifficilis: meis prorsus viri
bus impar: ⁊ diuersis vndiqȝ stipatus peri
culis conciliorꝝ vniuersalium tractatus ex-
stit. In quo legitime censure: ac sacraꝝ litte
rarum summi apices: summaqȝ ingenia se
penumero inter se colluctantia: desudarūt.
In quo vbi de magna virtute atqȝ gloria
maiorum nostrorum. De Ignauia: Intem
perantia: Secordia: Vitijs: ⁊ iniustitia neo-
tericorum: de potestate: ditione: vel iurisdi-
ctione pontificis maximi ⁊ concilij disseras
atqȝ cōmemores: p veritatis indagine: pro
ingenti laboris mercede: odium: inuidias:
maleuolentiam: ⁊ persecutionem: incurras.
Tamen posteaqȝ mihi tantū dicturus sis,
auriculas asini Myda Rex habet: bonam
in partem accipient: ⁊ dabunt (sat scio) ve
niam: omnes qui hoc meus studium agno-
uerint. Quod si assequi non potero: que in-
credibili quodam desiderio animo conce-
pi. Dabo saltem operam vt hoc (quantulo
cunqȝ) consolationis genere conquiescam.
Et qȝ pulchra: sublimis: veneranda sit hu-
ius militantis: ecclesie Hierarchia: qȝ gra-
uis: precellens: timenda Imperij ac ditiōis
ipsius Maiestas: vbi seipsam colligit agno
scit: ⁊ in statu suo cōsistit: cōtemplari valeas.
Ad quod quidē (vt alios aliaqȝ multa que
grauissimis suis persuasionibus aleam istā

me subire fecerunt, silentio inuoluam:)me
etiam hortatur plurimum diui Gregorij
non minus docta ꝙ vera ⁊ canonica sen-
tentia:qui conciliorum pernecessariam vti
litatem sanam: irreprehensibilemqꝫ doctri-
nam:ac supp̄mam (vt arbitror)potestates
considerans. Fatetur sacra se concilia non
aliter suscipere:ac venerari ꝙ quatuor san-
cti euangelij codices. Et Ro. Pontifex di-
urno in libello professionis sue ingenue pro
fitetur. Decreta conciliorum se vsqꝫ ad vnus
apicem immutilata seruaturum: pariqꝫ ho
nore ac veneratione omnia eque digna ha-
biturum. Et que predicauerunt vel statue-
runt omnibus modis sequi ac predicare.
Que vero condemnauerūt non minus cor
de ꝙ ore condemnare. Urbanus vero pre-
sul apostolicus:vbi inqt dominus vel eius
apostoli: ⁊ eos sequentes sancti patres sen-
tentiando aliquid diffinierūt. Ibi non no-
uam legem Ro. Pontifex dare: sed potius
quod predicatum est vsqꝫ ad animas ⁊ san
guinem confirmare debet. Nam si quod il
li docuerunt destruere (quod absit) nite-
retur: tunc non sententiam dare: sed ma-
gis errare conuinceretur. Cum quo opti-
me conuenit:quod Paulus apostolus Co-
rinthios docet (dum inquit) Ideo enim
hec absens scribo, vt non presens durius
agam secundum potestatem quam domi-
nus dedit mihi in edificationem ⁊ non in
destructionem. Nec minus me etiam mo-
uet venerandum Constantien. concilij de-
cretum, vbi patres in eo conscripti diuino
(vt creditur) dei spiritu acti aperta (vt
aiunt) fronte: rotundoqꝫ ore attestantur.
Frequentem generalium conciliorum ce-
lebrationem agri Dominici culturam esse
precipuam:que vepres: tribulos: ⁊ spinas
heresium: errorum ⁊ scismatum extirpat:
excessus corrigit, deformata reformat: ac
vineam domini ad frugem huberrime fer
tilitatis adducit. Illorum vero neglectum
premissa omnia mala i ecclesia dei semina-
re:alere:confouere:prout ⁊ preteritorū tem-
porum recordatio: ⁊ presentium ante ocu-
los nostros ponit miserāda consideratio.
¶ Hunc itaqꝫ concilij vniuersalis libellus
diuino inuocato numine (vt cunqꝫ) mihi
quatuor ex partibus in compendium redu
cere:ac veluti corpusculus quoddam huma
num effingere in animo est. Ut summi re-
rum omnium opificis: dum protoparentes
nostrum creando format:disponit: preficit:
atqꝫ resoluit. Sacra vestigia:humi prostra-
tus:ac venerabundus prosequar. Si tamē
(vt pastor ille virgilianus inquit)parua li
cet componere magnis. Is enim vbi Mi-
crocosmon hunc:trinodo suo numini i lu-
cem producere placuit. Quibusdam quasi
preludijs totius creationis ad vtilitates hu-
manam premissis. Faciamus inquit homi
nem ad imaginē ⁊ silitudinē nostrā. For
matisqꝫ ex humo cūctis terre aiantibus: ac
vniuersis volatilibus celi. Illa adduxit ad
Adam vt videret quid vocaret ea: (omne
enim quod vocauit Adam anime viuētis
ipsum est nomen eius.) Appellauitqꝫ no-
minibus suis cuncta animantia: vniuersa
volatilia celi ⁊ omnes bestias terre. Post
hoc vero summa illa dei omnipotentis sa
pientia:ita mirifice suum cuiqꝫ munus di-
sposuit. Ita congrue: opportune: ⁊ vtiliter
omnia ab eo creata suo loco ⁊ tempore col
locauit:vt nihil deesse posse videret ad be-
ne:beateqꝫ viuendum. Nam prothogonos
nostros:ita perfecte docuit:erudiuit:institu
it:vt Economicam:politicam:phisicam:cū
ceteris bonis artibus non ignorarent. Po
testatis autem quasi diuine (quantum hu-
mana fragilitas patiebatur) eis imperius
fecit. Ubi quicquid terra mariqꝫ cōtinetur,
eorus ditioni subdidit: atqꝫ inquit, crescite
multiplicamini ⁊ replete terrā, subicite eā:
⁊ dominamini piscibus maris:volatilibus
celi: ac vniuersis animantibus q̄ mouent
super terram. Dissolutionem postremo cor
porum ⁊ eorum quatuor elementorum in-
ter se prius ex diuersitate nature colluctan-
tium:que concordi equilibrio ⁊ cōsona qua
dam harmonia in creatione ipsorum iger-
serat:successiue edixit:vbi inquit:ex omni li
gno paradisi comede. De ligno autem sciē-
tie boni ⁊ mali ne comedas. In quacunqꝫ
enim die comederis ex eo morte morieris.
Et alibi cū iam inobedientie reatu corruis-
sent:in sudore:inquit:vultus tui vesceris pa
ne tuo:donec reuertaris in terram, de qua
sumptus es,qꝛ puluis es ⁊ in puluerem re-
uerteris. Iusserat enim mens illa diuina
hominem quem tam decora suiipsius simi
litudine: animi immortalitate donauerat:
corpus quoqꝫ imortale habere. Si in prio-
ris innocētie sue statu persistere: animi im
perio:corporis seruitio vti: deum optimus
maximum ductorem: plasmatorem: ⁊ do-

minum vniuersorum super omnia agnoscere:amare:laudare:cōtemplari: ac supremis eius delitijs (quas oculus nō vidit:nec auris audiuit, aut in cor hominis ascendit) perpetuo frui. Illiqꝫ equa iusta:salubria:monenti: obtemperare maluisset: qꝫ voluptariam viraginem suam, aut eterne damnationis luciferon audire. Posteros omnis: tanqꝫ peccati sui seruos, inferni glebe adscribere:ꝑpetuis laboribus, calamitatibus, criminis:inuoluere: ac (nisi sacro fonte lustrati: penitentie piaculo:tabificam elementorum parentumqꝫ suorum contagionem: periculosa valde huius seculi peregrinatione, purgassent) ceca demum in tartara mittere plagis multis in eternum vapulaturos: vbi nullus ordo:sed sempiternus horror inhabitat.

¶ Intentionis igitur huius nostre lucubrationem inuestigabiles domini vias: quantum ingenioli mei vires patiuntur: maxima veneratione secutus. In Preludia: Dispositiõem: Potestatem: z Dissolutionem distinguemus. Ut vniuersalis Concilij corpus integramqȝ Synodiam nobis effingere valemus.

In Preludijs itaqȝ quosdam quasi apparatus eorum que ad constituendum corpus occurrunt redigendo: pro stabili ac solido fundamento eorum que subsequuntur inuestigabimus. Primo.

PRAELVDIA.

DISPOSITIO.

POTESTAS.

DISSOLVTIO.

¶ Quid sit concilium generale.

SCIO Vlpianum iureconsultū clarissimus in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. posteros admonuisse: ꝙ omnis diffinitio in iure ciuili periculosa est. Cum paꝝ sit vt non subuerti possit. Sed quonias omnis bene instituta materia oīno a diffinitione proficisci debet: vt ante omnia sciamus, quid sit id de quo tractaturi sumus: prout maiores quoqꝫ nr̄i scriptum reliquere. Et philosophus ꝑ topicoꝝ: ac scđo posterioꝝ. Diffinitionem esse congnitionem substantie sapientissime attestatᷓ. Cum differentie speciēꝝ non nisi per diffinitionem cognoscantᷓ. vt colligitᷓ.ff.de fun. instru.l.quesitum.in prin.ff.de auro ⁊ arg. leg.l.q̄ntus §. cui auꝝ. ⁊.C.de iure emph̄i.l.i. Jccirco ne in obscuris vagando ingenium captiuemus. Neue in ipso frontispicio ꝑplexitatis ⁊ cōfusionis nobis ingeramus obicē. Ad principale studioꝝ nostroꝝ quesitum accedentes. Quid sit concilium ḡnale ecomenicum vel vl'e ex intentione Jsidori.viij.ethi.lib.c.xiiij.transumptiue.xv.di.c.canones.⁊ melius.xvij.di.c.i.vbi bona gl. inuestigabimus. Intermissis parumper Prouincialis ac Synodalis: seu Episcopalis concilii diffinitionibus que suis se locis vltro offerent.

¶ Est igit̄ Concilium generale: vniuersalis episcopoꝝ orthodoxoꝝ cū alijs catholicis, vnius consensus: legittima cōgregatio, iurisdictionem habens cognoscendi ⁊ decidendi. De his maxime que ad fidem ⁊ ad vniuersalem ecclesie statum pertinent.

¶ Dixi aūt vniuersalis ad differentiā conciliōꝝ prouincialium vel synodalium: quorum congregatiōes sunt particulares ⁊ locales. Hec aūt ḡnalis concilij congregatio ex vniuerso orbe colligitur: prout infra in trac. Dispositionis versi. qui sint vocādi declarabimus, ⁊ probatᷓ.xv.dist.c.canones.in prin. Jbi sancti p̄res in cōcilio Niceno de omni orbe terraꝝ cōuenientes ⁊c. Pro quo est bona glo.xvij.di.c.i.que dicit ꝙ vniuersale concilium est: qđ a Papa vel eius Legato: cum omnibus Episcopis statuitur.

¶ Subiunxi episcoporum: quia soli episcopi quorum nomine, Patriarche: Primates: Archiepiscopi: ⁊ superiores omnes prelati intelliguntᷓ: q̄ de iure cōmuni voces decisiuam habent in generali concilio. Et ipsi precipue ad illud vocandi sunt. Nisi aliter videretᷓ summo Pontifici vel concilio: Qꝛ ipsi inferioresqꝫ prelatos: ⁊ alios etiam laycos habilitare possunt ad vocem dandam in statuendo ⁊ decidendo. Prout habetur in dicto dispositionis tractatu versi. q̄ sint vocales ⁊c.leg. ⁊ no.xvij.di.quasi per totū: Orthodoxoꝝ adieci: qꝛ heretici: scismatici: vel aliter male sentientes de fide concilium facere non possunt: sed oīno euitandi sunt ⁊ explodendi: vt patebit ex sequentibus: ⁊ probatᷓ.i.q.vij.c.cōuenientibus. Jbi heresis separat omnem hoīem ab ecclesia ⁊ quasi ꝑ to. Et.xxiiij.q.i.c.que dignior. Jbi vitanda est hereticoꝝ cōmunio fugienda coꝝ synagoga censetᷓ ⁊c.⁊.c.q̄m vetus. ⁊ fere ꝑ to.illam q̄ōnem cum duabus seq. ⁊ infinitis similibus. Patet ēt in gestis concilioꝝ antiquoꝝ: vbi ante oīa conuenientes ep̄i fidem catholicam in prima actione ꝓfitebantᷓ: prout colligitᷓ ex gestis septime synodi ⁊ aliaꝝ quas pauloāte vidimus in eccl'ia Veronē. Quod quidem rationi conuenit. Cum generalia concilia in sp̄ū sctō congregari ⁊ eo spirante ⁊ suggerente causas fidei expediri ⁊ in cordibus patrum illorus ipsum residere credamus. Sed ipse sp̄ūs scūs extra vnitatem ecclesie non accipitur.xxiiij.q.i.c.loquitur dn̄s. Nec ligandi aut soluendi alios habēt potestatem qui vnitatem ecclesie catholice non tenent.c.oibus cōsideratis: ea. causa.⁊.q. Ergo cum ipsi heretici scismatici: ⁊ cum ecclesia catholica non sentientes vocales esse non possint. Vocādi non sunt: nisi forte vt corrigantᷓ ⁊ errorem suum abiurent de con.di.ij. Ego Berengarius. Nā hm̄oi hereticos ⁊ excōicatos non audit dominus: sed ab alijs quoqꝫ secum stantibus ⁊ cōicantibus refugit donec illi eijciantur iuxta illud Josue.vii.c.hec dicit dn̄s deus Jsrael. Anathema in medio tui est Jsrael. Non poteris stare coram hostibus tuis donec deleatᷓ ex te qui hoc contaminatus ē scelere. Quinimo non solum non debent vocari. Sed potius concilia contra ipsos ⁊ eorum hereses congregari ⁊ insurgere debēt: prout ⁊ temporibus priscis concilia fere omnia congregata fuisse leguntᷓ principalr̄ ad destructiōem heresum vt ꝑ.xv. ⁊.xvii. di. de sum.tri.⁊ fide catho.per to. ⁊ alibi se

pissime. ¶ Cum aliis catholicis addidi. Qz ls epi z superiores prelati trimodo regulari ter (vt dixi) vocales sint. Attamē alij quoque principes z fideles christiani: siue cleri ci: siue layci vocandi sunt. Presertim vbi d' fide tractandum est: vel vbi de causis eoꝝ agendum foret aut vbi eoruz cōsilia (Quia forte viri docti z eminētis scientie existūt) audienda z vtilia esse possent: prout dicet infra in tractatu dispositiōis versi. qui sint vocandi. z versi. qui sint vocales. Nam ls Papa z Imperatore vel eoꝝ legatis in concilio existentibus. Ibi vniuersalis totius orbis iurisdictio esse censeat. Omissa nunc illa brocardica indagine. vz: nunquid penes papam vterqz gladius esse dici possit. Et ꝓpterea ipse tanqz summus Monarcha de causis oīum tā catholicoꝝ qz hereticoꝝ z infideliū cognoscere z decidere valeat: qz domini est terra z plenitudo eius orbis terraꝝ z vniuersi qui habitant in ea. Teste Psalmographo. psal. xxiij. Et oēs totius orbis hoīes: qualescunqz sint de ouibus sint dei: saltem per creationem. Licet non oēs sint d' ouili chri z ecclesie ipsius: vt scribit Inno. extra de voto. c. qđ sup his. Tñ soli catholici in concilijs disputare: decidere z statuere pnt (vt dixi) Quia ecclia dei que in concilio gnāli esse seu per illud repñtari intelligit. Non est nisi collectio fidelium de con. di. i. ecclia cuius fundamenta sunt in montibus scis: hoc est in aplis: quoꝝ typum gerunt epi: vt memorat ꝓpheta. psal. lxxxvi. z tex. de elec. fundamenta. lib. vj. Quod qdes respectu laycoꝝ ꝓbari z induci posse videtur. ex ꝑ aploꝝ cōcilio: actuum ꝑ. in quo nō solum apli. i. epi: sed ēt layci interfuere. Nas vt ibi dr̄ turba erat hoīum fere centum viginti. Et in secunda ꝯgregatiōe quā fecerūt ipsi apli actuum. xv. interfuisse legunt̄ solus apostoli z seniores. Ex quibus concilia subsequentia forte formam susceperunt. Legitima ideo dictū fuit qz nisi ꝯcilium per summum pontificem vel eius legatum cus mādato spāli: ad quem ꝑncipalr z reglr illud congregare z cōfirmare spectat. Aut alias in ipsius defectum per collegium Cardinalium: seu per impatorem z principes catholicos: vel per patriarchas: primates: archiepiscopos, vna cum eoꝝ epis z suffraganeis z alijs prelatis: ad quos de iure z ꝯsuetudine vel priuilegio spectat, seu legitime ordine successiuo z cōgruo sm̄ sacroꝝ canonum z conciliōꝝ priscoꝝ decreta cōuocaret̄: seu approbaret: z auctoritatem reciperet: non ꝯciliū recte dici posset: sed cōciliabulum potius: z illicita quedas ꝯgregatio nuncuparetur: prout latius. J. annotabimus in tractatu dispositionis, versi. quis concilium disponere. Et hr̄. iij. di. §. porro. xij. z. xvij. di. quasi per to. z extra de elec. c. significasti. cum si. Unius cōsensus, non ideo dixi qz opus sit qꝫ omnes oīno statim qꝫ aliqd ꝓponit̄ vel decidit̄: cōsentiant prout demonstrabimus in. d. tractatu disposit̄. versi. An necessarium sit qꝫ oēs congregati sint pñtes zc. Sed hoc ꝓpea addidi: qz oīum intentio z consensus tēdit ac tendere debet ad vnū eundemqz finem: vz. vt incōsutilem vestem chri, que ab hereticis z malis xpianis q d' e scismatici sunt. Scindi querit̄ in frustra. xxiiij. q. i. c. qm̄ vetus oriens ab hmōi iniuria z violenta scissione defendāt: z in hoc omnes cōueniant: vt aduersarios christi z ecclesie sue sancte cōprimant: z in officio christianorum contineant: prout colligitur etiam in motiuo sequēti: z ex. d. §. synodus. xv. di. Qui igitur in cōcilio sedent solum deum pre oculis habere debent, vultum hominis nō agnoscere, nec a dextris vel a sinistris pendere. Sed rectā christi stateram in manibus z in corde gestare: cum in loco iudicantis sedeāt de sen. z re. iudi. cum eterni. li. vj. vt merito a christo audire possint. Beatus es Symon Bariona: qz caro z sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus q in celis est. Matthei. xvj. c. ¶ Congregatio propterea addidi: qz in votis dandis: seu sententijs eorum proferendis non debent esse dispersi, sed in vnū cōgregati, ꝓut latius dicet̄. J. in. d. vsi. an necessarium sit: z mistica qdes rōne: qz sicuti credentium est cor vnum: aīa vna: z vnius ecclesie: xpi spōse: corpus vnum: z fides vna: vt hr̄ actuum. iiij. z. xxiiij. q. i. loquit̄ dn̄s. Ita dz esse vna concors congregatio, prout mō supra dicebamus. Et hec qdem conclusio. vz. qꝫ collegia. vniuersitates z capla ī negocijs presertim arduis: z vbi ea que tractātur z decidunt̄, conscientiaꝝ z iuris speculatione indigent: consensus in cōmuni ꝑstare debeant: ꝓbat̄ per glo. z doc. in. c. cū oēs. de consti. vbi per Abba. Panor. z alios z per Inno. z sequaces. in. c. in genesi. z in. c. auditis. de elec. z in. c. cus in ecclesia sutrina. de causa pos. z ꝓprie. per Bar. z legistas. in L. omnes populi. ff. de iusti. z iur. z p Neotericos

tericos. extra de of. ordi. in. c. irrefragabili. et alibi. Jurisdictionem hñis subdidi: per ea que dicam in tractatu pñtis. vñi. quam iurisdictionem hẽat concilium: qr vt paulo ante dicebam concilium legittime cōgregatum: et pñsertim vbi Papa et imperator intersint: eorum oẽm et totius orbis vniuersalem iurisdictionem hñe censet: eidemqꝫ nō secus parendum et obediendum est: qꝫ sacris euangelijs: qr (vt dixi) que ibi disponunt et ordinant: a spũ scõ dictata censent prout congruo loco demonstrabitur: et cōclusio pñdicta colligi vr per tex. et no. in alle. c. canones. et seq. xv. dist. et alibi. De his maxime que ad fidem et ad vniuersales ecclesie statum spectant: postremo subiunxi. Quia lꝫ concilium de oibus causis q̃ contra quoscunqꝫ ibi promouent: cognoscere: ac decidere possit: qr ibi (vt dixi) vniuersalis totius orbis reperit iurisdictio. Attamen cum pro grauioribus fidei et ecclesie negocijs vt plurimus congregari debeat. Alieqꝫ cause minores iudices suos hẽant ordinarios qui de pñmissis cognoscere possint: non vr cōueniens qꝫ de alijs q̃ꝫ de pñmissis vel silibus eque arduis ꝛ grauissimis negocijs concilium se impediat: nisi aliud necessitas cogeret vel vtilitas suaderet. Et ppea addidi maxie. Et de hac qdẽ conclusione latius tractat. J. in tract. pñtis versi. que cause tractari ꝛ expediri possint in cōcilio: hẽtur leg. ꝛ no. xvij. di. multis. xviij. dist. de concilijs iuncta. glo. ij. extendendo tex. de minori ad maius: qr loquit de concilio puinciali: vt hr ibidẽ in. c. habeat ꝛ in. c. per ecclesiasticas: ergo fortius in gnali: pñdicta aũt pbant lateqꝫ ponunt: in. c. si papa. xl. di. vbi bona glo. et in. d. c. significasti. de elec. et alibi sepe. Augustinus vero in lib. de vnico baptismo solum per cãm mãlem diffiniendo dicit: conciliũ generale esse qd celebrat conuocatis epis vel vniuerso orbe. glo. aũt. d. c. i. xvii. di. diffiniendo per cãm mãlem et efficientem dixit. Concilium vniuersale esse qd a Papa vel eius Legato cum oibus epis cōstituit. Et ppterea qdam Neoterici theologantes cōprehendendo q̃ttuor causarum gnã sm ea que tradunt in pꝫ de aĩa diffinierunt cōcilium generale esse ordinatam ꝯgregationẽ oium epor per eum qui põt: ad bonum ecclesie. Que pro maiori parte cōueniunt cum dicta diffinitione nostra: licet non ita plene euacuent requisita oĩa: vt patet ex premissis et sequentibus. Aliter tamen conciliũ capere et diffinire consueuerunt legiste presertim in rubrica. ꝛ in. l. i. et fi. C. de vindic. liber. et apud concilium. manumis. licet in aliquibus conueniant. Ibi enim de mente glo. in. d. l. i. concilium capitur pro presidentibus in concilio seu pro collegio hñte iurisdictionem volũtariam: eãqꝫ exercente de voluntate partium: sicut esset in manumissiõe seruor: vnde Saly. in dcã rub. dicit qꝫ quo ad manumissionem apud cōcilium de qua ibi loquit per vias cuiusdã similitudinis pcedit. qr (vt ingt ipse) concilium est ꝯgregatio pbor viror pro declaratione alicuius rei faciẽda super ea de liberate statuendo: sed idem Saly. in. l. i. C. de sacrosan. eccle. in. i. col. dicit qꝫ ꝯcilium est congregatio scõr prum in vnum p sũmum pontificem conuocator ad aliquid statuendum ꝛ puidendũ. Et paulo. J. in. ij. col. subdit qꝫ lꝫ concilium ibi capiatur pro collegio claustralium. Tamen qꝫ ex more ꝛ vsu loquendi congregatio sanctorum patrum: quam dominus Papa mandat fieri: ꝛ in qua interest: vt aliquid statuat ꝛ ordinetur super obseruatione spectãtium ad vniuersalem ecclesiam dr concilium elegãtiori nomine sumpto: ꝛ illa quam faciunt episcopi vocatur Synodus. Bald. vero in d. l. i. C. de vindic. liber. apud con. ma. in prima col. dicit qꝫ concilium interdum ponitur pro multitudine legitime adunata ꝛ congregata auctoritate superioris. Interdum ponit pro presidentibus concilio sm glo. ibi interdum ponit pro loco concilij. l. penul. ff. de iusti. ꝛ iur. extra de iudi. c. i. Expediebant enim inquit ipse quidam actus volũtarie iurisdictionis in concilio vt ibi sm pace tãtorum didascalorum dictum sit mihi videt qꝫ nullus ipsorum in suis diffinitionibus euacuet diffinitum: prout ex premissis cuilibet sensato constare potest: ꝛ melius clariusqꝫ constabit in progressu. Nec mihi probat tex. in. d. c. i. d iudi. qꝫ ibi concilium accipiatur pro loco concilii: licet tex. in. d. l. penul. dicat ius aliquando locũ in quo ius redditur appellari: qui pro argumento in simili ad dictum Bal. induci posset. Et hec quidem quo ad primum quesitum nostrum sufficiant: quicquid alij

circa hoc scripserint.

Concilium vnde dicatur.

VNde dicatur concilium: qd a grecis synodus nuncupat. Idem Isidorus eodem ethimologiarum lib. viii. c. xiiii. in fi. & in prefatione libelli conciliorum ac Gratianus post eum transumptiue. xv. distin. §. synodus more suo declarat dicens. Concilium a communi intentione dictum eo q ibi congregati in vnum dirigant oem mentis obtuitum: nam vt inquiunt ipsi cilia oculorum sunt: ac si inferre vellent q a con & cilium dicat concilium eo q omnium assidentium cilia in vnum conueniant: & ad vnum effectum dirigant: pro quo adduci pot in arg. l. i. ff. de pac. §. conuentionis. ibi nam sicuti conuenire dicunt qui ex diuersis locis in vnum locum colligunt & veniunt. Ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt vel in vnam sniam decurrunt. Unde subdunt predicti q qui adinuicem dissentiunt concilium agere non dnr: q non consentiant in vnum: seu etiam fm eos concilium dr quasi consilium a coi intentione: & consilium quasi cosidium. d. in l. iram transeunte. Et propterea cum ipsis dicebat et Hug. in. d. c. canones. quem refert & sequit Archidi. ibi q concilium dr a con & cilium: q ibi homines congregant & conueniunt: sicut cilia: dum oculi claudunt: vel fm eum concilium dr a verbo concio. cies. q ibi plures conciuntur i. conuocant & congregant. Quos sequi videtur Saly. in. d. l. i. C. de sac. san. ec. in. ii. col. versi. ad apparatum accedo allegando Hug. dicentem: q concilium est adunatio gentium: & q componit ex con & cilium: & q dictio con: simultatem notat: & cilium idem est qd ordo pilorum: & sicut inquit cilia conueniunt: qn oculi gescere volut. Ita homines coniungunt in concilio: vnde dicit ipse concilio. as. idem est: qd concordo. as. & coniungo. gis. quasi conciliare sit idem qd animos varios aut contrarios in vnum coniungere vel concordare. Varroni autem lingue latine patri optimo & defensori acerrimo. Licet in qbusdam sui ipsius & gentis sue studiosus nimis videatur. Concilium a coactione descendere dicique placuit. Ego vero si latinum hoc esse concedit cum illis magis sentirem: qui concilium a con & cio: cies: qd est voco deriuant: fretus auctoritate Maronis qui se ipsum & nominis deriuationem declarasse vr dum inquit. Conciliumq vocat diuum pater atq hominum Rex. Qd concilio nro dum a summo pontifice conuocatur: optime conuenire posset: cum ipse & diuum & hominum pater vocetur in terris. Qd si forte concilium a con & cio deriuando l. ira gramaticum altiora scrutantem offendit. Si venia dabitur: vt nomen istud verbale faciamus Tunc ommissis deriuationibus omnibus antedictis que proprietatem significationis non attingunt: nominis: vt ita dixerim: quiditatem: proprietatem & effectus importantias attendentes: qd magis diffinitioni & deriuationi conuenire dignoscit. Cum imperfecta nimisque ieiuna illa videat deriuatio: que sue diffinitioni no correspondet. Mihi facillime persuaderi posset. Conciliu potius a concilio: as: qd est demulcere: amicitiam & beniuolentia inire: & veteres amicos qui forte defecerant in pristini amoris concentum deducere: qd maxime procedit in conciliis nris. In qbus ante oia hereticos: scismaticos: & eos q ab imaculata fide xpi recesserat: humaniter benigneque corrigimus: & fidei orthodoxe mirum in modum conciliamus: nisi relapsi pertinacesque sint: & in profundum malorum descendere velint: vt christiani omnes vnum sint misticum corpus in fide: in gratia: in amore: quemadmodum in sancta trinodi numinis trinitate vnitas esse creditur. extra de sum. tri. & fid. catho. c. damnamus. ibi: cum ergo veritas pro fidelibus suis orat ad patrem. Volo inquiens vt ipsi sint vnum in nobis sicut & nos vnum sumus: hoc nomen vnum pro fidelibus quidem accipitur: vt intelligatur vnio charitatis in gratia. Et hanc sententiam meam comprobare potest tex. concilii Niceni. xviii. di. in. c. habeat. ibi vt oibus: si que sunt: simultatibus amputatis: cum multis si. Nec mihi tunc displiceret q verbum concilio a ciliis deduceret tanq a primitiuo: qd na precessisse demonstrat: hac potissimum rone: q vt inquit Pli. nr Veronensis. li. xi. ca. xxxvii. Cilia & supercilia hoi sunt pariter & alterne mobilia: & i his pars animi existit. Negamus

gamus:an annuimus:hec maxime īdicāt:
fastus. Superbiaqꝫ alibi conceptaculum:
sed hic sedem hꝫ: in corde nascit: hic subit:
hic pendet. Nihil altius simul abruptiusqꝫ
inuenit in corpore:vbi solitaria esset. Cum
ergo cilia ⁊ supercilia animi passiões ⁊ in
dicia attestari soleāt. Quia si lepide venu/
steqꝫ demissa fuerint philantropian ⁊ hu/
manitatem quandam pre se ferunt: que ēt
aduersarios quoscunqꝫ nobis: ea mansue/
tudine conciliet. Si vero econtra frōte ca
perata contorto obscuroqꝫ vultu: turpiter
⁊ illepide compressa sint: indignabundum
atra bile pcitum:ac oībus fere ingrati ani/
mi indicium demonstrant. Qō si fronte
sursum elata:rugisqꝫ suffarcinata: cilia ipsa
extollant:seueritatem:fastum: ac superbias
tumentemqꝫ animum indicant. Unde su/
percilium a plerisqꝫ nuncupat vt in obsce/
nis priapeis legitur. Conueniens latio po
ne supercilius. Et apud Juuenalem. Si cū
magnis virtutibus afferṡ. Grande super
cilium: ⁊ numeras in dote triumphos: ⁊
apud Martialem in p. Terrarꝫ dnm pone
supercilium:apud Ualerium quoqꝫ maxi/
mum legimus Censorium supercilium:ex
quibus liquido constare pōt. Concilium a
concilio verbo non incō cinne posse deriua
ri:⁊ verbum concilio ab ipsorꝫ ciliorꝫ mā/
suetudine dū in eis ai ꝯciliatio: qsi imagi/
nario quodā in speculo ꝯsiderat ⁊ inspicit
non ab re vel incongrue posse deduci.

¶ Synodus vero que a grecis σύνοδος ap/
pellatur a σὺν quod est simul καὶ ὁδὸς via vel
a verbo συνοδεύω. quod est comitor. ris. vel
conitineror:eo q ad synodum proficiscen/
tes conueniant:concomitenturqꝫ. Inde ⁊
συνοδία. comitatus dr: qō placere etiam vr
Isidoro in pfatione libri conciliorꝫ vbi di/
xit synodum ex greco interptari comitatū
vel cetum. Uerum qm hec quoqꝫ deriua/
tio eandem sniam astruere vr:que ingrata
est:magis placeret q synodus a σὺν. quod
est simul. καὶ ᾠδή. cantus deduceret. vt dici
forte posset synodus quasi concors concen
tus ⁊ harmonica quedam conciliatio. pro
bat tex.i.q.vij.c. cōuenientibus.ibi. Si vo
synodalis consonantia ⁊c. Qua qdem ra/
tione adducti Nos quoqꝫ libellum hūc no
strum synodiam Agoniam appellari non
ab re(vt arbitror) decreuimus. Cum in
eo synodorꝫ concentum prosequi dno con/
cedente in animum induxerimus.

Quotuplex sit concilium.

Quotuplex sit ꝯcilium.glo.xvii.
di.in sum. Tres diuersas con/
ciliorꝫ species attingendo hoc
annotasse videtur dum inquit
q conciliorꝫ quedam sunt vni/
uersalia: quedam particularia siue prouin/
cialia:quedam episcopalia. Episcopale est
cum eps annis singulis celebrato concilio
prouinciali:post sex menses. Abbates cōs
sue diocesis si causa subest. Necnō presby/
teros:diaconos:atqꝫ clericos:seu etiā cōem
conuentum ciuitatis ipsius vbi preesse di/
gnoscit. Ac etiam cunctā diocesim seu ple/
bem aggregat: ⁊ coram eis plenissime oīa
refert:que eodem anno in concilio genera
li:vel prouinciali: acta diffinitaqꝫ fuerunt.
Et plebanos ac parrochiales sacerdotes su
os:si placet:rationem reddere cogit:quali/
ter susceptum officium celebrent: vel bapti
zent. Et hec facere negligens vel paruipen/
dens. Sententia excōicationis duorꝫ men/
siū curriculo vulnerat: vt dicit tex. forma/
lis.xviii. distin.c. decernimus. iuncto.tex.
xxxviii.di.qm.in fi. quo ad penultimas no/
tam:cum qbus concordare vr.tex.extra de
accusa.c.sicut olim in fi. Dixi cū eps:q ne/
mo in sua diocesi synodum cōgregare po/
test:sine eo vel ipsius auctoritate:prout no/
tabiliter dicit gl.sum.xvij.di.pdicta. Que
in fi.subdit q eps dictam suam synodum
potest sine auctoritate Metropolitani sui
facere.alle.xxxviij.di.qm.⁊.xij.q.ij. placuit.
Quod autē istud quoqꝫ epale sicut ⁊ vni/
uersale ⁊ prouinciale appellari possit conci
lium:probat gl.si.in.d.c.qm. alle. xviii.q.ij.
abbates.xij.q.ij.d.c.placuit.⁊.xviij. di.pro
pter.⁊.c.placuit. Sex mensium terminum
epo prefixerunt canones: vt interim clerū
⁊ populum cōmode conuocare et res suas
cōponere possit:que forte prolapse fuerant:
eo intermedio tpe quo ipse in concilio fue
rat prouinciali. Nec illi sex menses statim
post celebratum et dissolutum concilium
ꝓuinciale currere incipiunt:sed de hīs sub
ducitur tempus quo eps ipse redire potu/
it ex concilio qr interim censet impeditus:
fm doc.in.d.c.decernimus.ar.extra de cō/
ces.preben.qr diuersitatem.ff. ex qbus cau/
sis maio.l.si cui.et.l.qui mittuntur.

¶ Quod de Abbatibus dictū fuit:si cau/
sa subest non ab re dr:qr dubitat nunquid

ep̄s cogere possit abbates venire ad concilium et tex. vr̄ dicere ꝙ non in.c. ep̄s non debet.eadem di.xviii.que palea est.et habetur ēt.xviij.q.ij §.vlti.ꝫ tex. velle videat ꝙ si aliqua rationabilis causa subest:compelli possint:et ideo additum fuit supra si causa subest:quāuis tñ glo.in.d.c.ep̄s illud speciale esse dixerit:et intelligi debere arbitretur de Abbatibus cistercienſibus ꝙ.s.ipsi cogi non possint ad ꝯcilium. extra de sta.mo.c.i.nisi eēt pro crimine enormi ſm eas.xi.q.i.priuilegiū.ar.extra de priui.tuaꝝ. Ex quibus oritur altercatio inter scribentes. Nunqd.s.Abbates cogi possint venire ad synodū ep̄alē.Et vltra premissa ꝙ possint compelli vr̄.tex.cum sua limitatione in.c.qḋ super his de maio.ꝛ obe. qui exp̄sse dicit ꝙ ep̄s Abbates ꝛ sacerdotes diocesana sibi lege subditos:qui ad synodum venire ꝯtemnunt:pōt per censuras ecclesiasticas cōpellere ad veniendum ꝛ debitam sibi obedientiam et reuerentiam exhibendum:qḋ intelligit glo.veꝝ.Si dicti Abbates habent populum:qꝛ tunc tanq̄ꝫ subditi lege diocesana venire compellunt̄ ad synodum:et intelligi debere dicit tex. xviij.q.ij.abbates.Sed dic̄ ip̄a nō h̄ntes populū non tenent̄ ire:nisi causa rōnabilis subsit:vt dr̄ in illa palea.xviii.di.ep̄s dicit. ipsa cisterienses ēt si non essent exempti:cum nō habeant populum non tenent̄ venire:sicut nec alij exempti: qui populum non habēt.xviij.q.ij.c.q̄ꝫ sit necessarium in fi. alle.pro si.glo.in.c.dilectus. de offi. ordi. que istud idem concludere vr̄.Cum q̄bus ēt transit Inno.Joan.an.et cōiter doc. oēs et Abb.Panoꝛ.post eos in.d.c. qḋ super his et sequēdo.Inno. ibi dicit ꝙ si Abbates h̄nt populum subiectum ep̄o ire tenent̄ ad synodum et ad oīa alia obligant̄ que sunt de lege diocesana: quēadmodum alie ecclesie seculares. Unde tenent̄ habere in monasterio cathedram vbi ep̄s possit pro libito p̄dicare populo.Et subdit post Hosti.ꝙ synodus est mixti iuris:qꝛ respectu conuocationis est de lege diocesana:et ideo Abbates non possunt compelli venire nisi subsit causa rōnabilis:vt in.d.c.ep̄s. sed respectu eoꝝ que statuunt̄ in synodo non est de lege diocesana: sed de.l.iurisdictionis: qꝛ ad iurisdictionem ptinet statuere: et statutis obedire.Sed si abbates sunt exempti:non tenentur ire ad synodum:nisi h̄eant vt dixirimus populum subditum ep̄o:qꝛ tunc venire tenent̄ rōne capellaꝝ.c.ex oꝛe.de priuile.Qḋ tñ limitat Abbas antiquus.Dummodo ipsi abbates exempti per se exerceāt curas dictaꝝ capellaꝝ:qꝛ si per capellanos hoc facerent:tunc sufficeret ꝙ ipsi capellani irent ad ꝯcilium:qḋ dicit Abb.Panoꝛ.cōius ꝛ verius eē:ꝛ ſꝫ p̄dicta limitari.tex.in.c.nimis.de exces.p̄la.Ubi dr̄ ꝙ religiosi non teneant̄ ire ad synodum ep̄alem:dꝫ enim intelligi ſm eum:aut de exēptis: aut quando ꝯgregat̄ ex facili causa:vel intelligatur in ipsis religiosis iferioꝛibus: secus in eoꝝ p̄latis:qꝛ vt inquit ipse tūc dꝫ fieri distinctio de qua supra:qḋ dicit esse notādū.Et idem fere dicere vr̄. Archi.in.d.c.ep̄s.Gemi.vero ibi distinguendo dicit.Quod si querimus de fratribus mendicantium ordinum qḋ venire non debent.de exces.p̄la.c.nimis. Qḋ tñ intellige nisi vt.s̄. diximus.Si aūt querimus de his qui mendicantes non sunt:si sunt abbates: priores ꝛ huiusmodi:ꝛ hoc habent exp̄sse ex priuilegio:ꝙ ire non teneant̄: tunc planum est:et ita ſm eum pōt intelligi. tex in.d.c.nimis alio modo:si non habent hoc ex priuilegio exp̄ssō:sed alias sunt exempti:non habētes populum vel capellas subiectas habentes populum subiectum:tūc ire non tenentur: vt no.glo.in.d.c.qḋ super his:nec tales ēt astringuntur a statutis synodalibus.Jux.no.per doc.de consti.c.i.li.vi.Habentes vo populum vel capellas populatas:ꝫ sint exēpti ire tenent̄ ratione capellaꝝ predictarū:ꝑs de priui.c.ex oꝛe.Si aūt nō sunt exempti tales abbates ꝫ non habeant populum ire tenent̄ ad synodum: et ita procedit tex. in d.c.qḋ super his.Tñ ep̄s non dꝫ eos compellere:nisi subsit cā rationabilis ꝛ necessaria:et ita ꝓcedit.tex in.d.c.ep̄s. cuius occasione qꝛ in finalibus verbis dicit nisi rationabilis causa existat doc.et maxime Inno.Abba Panoꝛ.et alij in.c.qḋ super his. de maio.et obe. dicunt ꝙ si ep̄s sine cā vel ex iniusta causa eos citaret: vel aliqd ꝯtra canones statuere vellet:ire non tenent̄:per.d.tex.et iniusta cā intelligi pōt ſm Inno. q̄n in citatione exprimitur: vel notoꝛie cōstat: et idem dixit Inno.in qualibet notoꝛie iniusta citatione:qꝛ citatus ire non tenet̄: vt no.in.c.ij.de dila. et idem ſm eum in.d.c. ꝙ super his dicēdum foret: q̄n vocatus nō auderet impugnare que tractanda sunt:si

presens

presens esset: q tunc non arctaꝶ venire: puta si tractaret de dando fauore principi excõicato: vel aliqd libertatem ecclesie tentãti. Unde dixit Inno. in.c. inquisitioni de sen.excom. ꝙ non tenetur quis obedire ẽt pape: quando mandatum suum est contra deum: vel timetur scandalum futurum.

tione. A collatione beneficioꝝ post primas
ꝛ scdam correctionem suspendit. Et psonā
aliquam idoneam deputat ꝛ ꝓuidam: que
suspensi suppleat defectum in beneficiis cō
ferendis. Excipiꝫ tñ psona metropolitani,
q concilium ipm non punit: cum sit caput
concilii: sed eius delictum denunciaꝫ p cō-
cilium superiori ꝛ ei puniendus relinquiꝫ:
prout dicit tex. ibi pro quo circa istud vlti-
mum q. s. Archiepūs a concilio puniri non
possit: optime facit tex. in. c. significasti. de
elec. ſm Panor. Item ls concilium suspen-
dat prout ꝫ. dictum fuit: non tñ epos depo-
nit. Sed istud specialr spectat ad Romanū
pontificem. iij. q. vj. c. accusatus. ꝛ. c. q̄uis.
de quo ēt aliquid diximus ꝫ. ¶ Non etiā
potest concilium a dicta suspensione absol-
uere: sed hmōi absolutio specialr reseruaꝫ
Pape vel quatuor Patriarchis principali
bus: vt in. d. c. graue. ls in aliis casibus re-
gulr contrarium dicere consueuerimus: q
eius est absoluere cuius ē ligare ꝛ eius tol-
lere: cuius ꝯdēnare ꝛc. de peni. di. i. c. vbus.
Dixit ēt Jo. de imo. in. d. c. graue. in. vij. co
lū. q Archiepūs in concilio prouinciali resi
dens: hꝫ iurisdictionē ordinariā: pro quo
facit ſm eum: tex. in. c. sicut olim. de accusa.
Inno. vero in. d. c. graue. in prin. dicit ipse
q epi in concilio ꝓuinciali cōgregati sunt
loco ordinarii in oībus causis que vertun
tur inter epos ꝛ clericos. ij. q. iiij. placuit. ꝛ
c. si episcopus accusatus. xj. q. iij. si episcopus
forte. cum quatuor. c. sequen. Immo plus
dicit ipse q idem epi sui concilii sunt vt iu
dices ordinarii in oībus causis clericorū
que ad ꝯciliūm referuntur. vj. q. iij. scitote.
xviij. di. c. i. ꝛ. ij. Alij tñ dicunt: vt ingt ipse
q epi in cōcilio non sunt iudices: sed sicut
assessores. Sed siue sint vt assessores: siue iu
dices: non vꝫ ſm eum qḋ fit eis non voca-
tis. xv. q. vij. sigs tumidus. ꝛ. c. seq. ꝛ. lxv. di.
epi. Sicut nec vꝫ snia absente aduocato fi-
sci. ff. de iure fi. l. si fiscus. ar. de sen. ꝛ inter-
lo. cum sniam. Et ita ad lr̄as refert ꝛ sequi-
tur. Jo. an. Subdēs q ad illuꝫ qui ꝑest cō-
cilio puta ad Archiepꝫ pertinet diffinitio:
de consilio tñ ꝛ assensu alioꝝ epoꝝ omniū
vel maioris partis: vt pꝫ in eo qḋ leg. ꝛ no.
de tempo. ordi. si archiepūs. ꝛ. c. seq. ꝛ in. d. c.
sicut olim. ſm Hostié. Quicqd dixerit. d.
Ant. in. d. c. graue. qui visus fuit velle opi.
concordare asserendo posse dici: q epi ꝑsa-
ti in

ti in concilio in cognoscendo essent ordinarij: sed in diffiniēdo essent vt assessores: ad qd faceret: si hoc verū esset: qd dr de auditoribus rote. in de. auditor de rescri. sed hoc esset cōtra tex. in. d. c. graue expsse. vbi dr q ipsum concilium suspendit: ꝛ sic vr q non sufficiat requirere consilium: sed necessario reqrat ꝯsensus in iudicādo: put ibi voluit Jo. d imo. ꝛ bene. ¶ Subdit Inno. ꝛ Jo. an. ꝛ alij sequentes. q concilium sic cōgregatum pōt audire criminalem accusationē epi: sed non diffinire. iij. q. vj. Quis liceat. c. multum stupeo. ꝛ. c. dudum. ꝛ. c. accusatus. ꝛ. iij. q. viij. c. i. Qd aūt dr q in cā epi reqritur saltem numerus. xij. epoꝝ intelligitur excepto Archiepo: q dz esse tertiusdecimus xv. q. vij. feli x. Quoꝝ siqui suspecti sūt Metropolitanus ꝛ accusatus: de cōsensu tamē accusatoris alios eligent: loco suspectoꝝ de eadem prouincia si hri possunt: alioqn de pvincia vicina. ar. ij. q. vj. placuit. Isti autem xij. epi. in oībus actis ꝛ terminis pcessus dum cā agitur: non sunt sm eos necessarij: q bene poterit fieri receptio testium sine ipsis. In litis aūt contestatione ꝛ forte in audiendis allegationibus sunt necessarij sm Inno. Putat tn̄ hosti. q i libelli oblatione interesse debeant. extra de libel. obla. c. i. Itē in cōmissione seu remissoria ad testes recipiendos. C. de fide instru. auc. apud eloquentissimus ꝛ potissi. in relatione que fienda erit pape. ar. in eo qd le. ꝛ no. de offi. dele. super qōnum §. intentionis. ꝛ de app. intimasti. in. d. c. multum stupeo. ꝛ in. c. dudum. sm Jo. de imo. Itē sm Inno. vr q dictus numerus sit necessarius: non solus qn̄ eps criminalr accusatur: sed ēt si agatur de crimine ciuilr contra ipm: ꝛ ēt si in modum exceptionis pponatur crimē: ad hoc vt electus ꝯfirmatus a beneficio deijciatur extra de accusa. super his §. post cōfirmationem. xxiij. di. illud. xxxiiij. di. quorūdam. Et rō ē q post talem amotionem: vel repulsionem: adeo infamis remanet: q ineligibilis fit. de elec. super eo. Dicit aūt Joā. an. q numerus pdictus reqritur qn̄ pceditur ex ordinaria potestate. Secus vero si ex delegatione. de dolo ꝛ ꝯtu. c. veritatis. ꝛ de accusa. cum dilecti. Nec ob. sm eum. ij. q. vj. hoc quippe. q non loqtur de necessitate s de honestate ꝛ tutela. ar. xlij. di. qescamus. Uel ēt qd est melius. ibi illud mandauit Papa ex spāli cā. s. vt maius scandalū euitaretur: ꝛ ideo non est trahendum ad consequentiam: vt pz in eo qd le. ꝛ no. de conces. preben. ꝯstitutus circa si. Breuiter autē sm Jo. an. idem dicendum est quo ad numerum pdictum ꝛ pn̄tiam. In inquisitione quoqꝫ psbyteroꝝ: diaconoꝝ: ꝛ subdiaconoꝝ qualitercunqꝫ contra eos in concilio agatur de crimine ēt si ciuilr: dūmodo depositionis snīa ab ordine vel officio sit ferēda: ꝛ sic loquitur inquit ipse. xv. q. vij. p totū. iij. q. vj. accusatus. Secus vo si p contumaciā ēt eps excōicaretur vel suspēderetur ab Archiepo solo: qd fieri pōt de sen. excō. Uenerabili. Officialis tn̄ archiepi eo pn̄te hoc non posset. de offi. ordi. romana in si. li. vj. Item secus si ageretur de crimine contra clericum non ad depositionem ab officio vel ordine. Sed vt ab ecclesia dponeretur. Tunc. n. solus eps cum clericis suis examinat ꝛ diffinit: ꝛ sic loquitur tex. xviij. q. ij. siqs abbas. xvj. q. vij. inuentum. de his que fi. a prela. nouit. lxxvj. di. si qd de quocūqꝫ de iureran. qrelam. Item secus vbi qs ageret contra clericum petens pprium interesse: puta si ageretur de furto vel de vsuris. Uel ēt vbi iudex ex officio procederet ꝛ tales punit. extra de fur. c. i. de vsur. c. i. de peni. c. iij. ¶ An aūt in cā criminali episcopi vel alioꝝ clericoꝝ in snīa ferenda: necessarium sit: q oēs concordes sint: an vo sufficiat maior pars: vltra premissa vide tex. cum glo. xvij. di. c. multis ꝛ doc. ꝛ maxime Moderniores ibi: ꝛ vide tex. Panor. ꝛ alios in c. nō pōt. de sen. ꝛ re. iudi. qui loqtur in iurisdictione ordinaria. Quo aūt ad iurisdictionē dlegatā vide tex. ꝛ no. i. c. si. ex̄ eo. ti. ¶ Queritur pterea non incongrue a quibusdam. Nunqd a Metropolitano appellari possit ad concilium suum puinciale, ꝛ glo. in. d. c. multis. in vo. ad maiorem. tz q sic. cum qua concordat glo. similis. ij. q. vj. in. c. oīs oppssus. put tex. satis claꝝ ibi. Et glo. in. c. super qōnum §. si vo. extra de offi. deleg. in vo. si non possunt. ꝛ alleg. tex. in. d. c. multis dicens: ibi pbari q a metropolitano appellat ad concilium in quo ipse hz interesse. Et idem dicit glo. in. c. a collatiōe de appel. i. vj. in vo. potuisti. Quāuis hosti. vt refert Jo. an. in. d. c. super questionū. circa si. dixerit se non inuenire iure cautum q de Metropolitano ad concilium appelletur: s3 de culpa eius querat in concilio: non vt per epos puniat: sed vt superiori nuncie

tur.extra d̃ pben.graue.v̄si.metropolitani:
z.d.c.a collati..sed vt dixi glo.pdicte sunt
in contraria snia.z tex.in.d.c.oĩs oppssus
z in.d.c.multis.hoc satis apte probare vi-
dent.z ita per ipsas glo.allegantur. z intel
ligunt:z est ēt alia similis glo.ii.q.vij.in.c.
sicut inquit.in v̄.hortamur.que hoc corro-
borare vr̄ rõne:dum inquit q̄ prouinciale
concilium ordinario iure cognoscit de pri-
mate siue de Metropolitano suo.Nam di
cit ipsa cum ꝯcilium.s.gn̄ale iudicet de ipa
pa:in his in qbus põt iudicare:tu dic sicut
in cã heresis.xl.di. si papa ergo concilium
metropolitanus põt iudicare de archiepo.
Ad contraria que dicunt q̄ Metropoli-
tanus maior est concilio. Rñ.q̄ illud hꝫ lo
cum qñ in factis alienis sedet in concilio
vt caput concilij: q: tunc maior censet:sed
in causis z negocijs ꝓprijs: que ventilant
in cõcilio est minor concilio zc.Ego quoqꝫ
per tex.glo.z iura pdicta:cum bona venia
nõnulloꝝ modernoꝝ doctoꝝ q nimis con
fuse z leuiter tāqꝫ Musipule super prunas
difficultatem effugiunt:hanc conclusionẽ
sequor.q̄.s.ab Archiepo ad concilium pro
uinciale appelletur. maxime per tex. in.d.
c.multis coniuncto.c.oĩs oppressus.q dif-
ficultatem aliquibus facere videntur:quos
ego coniunctis plibus glo.sic intelligerem:
vt dicant q̄ oppssus siue grauatus ab epo
suo epalem synodum appellet.probat tex.
in.d.c.oĩs oppressus.ibi sacerdotum si vo-
luerit appellet iudicium: Quod si cãe eẽnt
difficiles z maiora negocia qꝫ que expedi-
ri possunt ab ipsa synodo sacerdotum :tũc
ad maiorem sedem:hoc est ad Metropoli-
tanum solus referant:ꝓut sentiũt glo.vtri-
usqꝫ tex.coniunc.z tex.in.c.multis.dum di
cit si orte fuerint qõnes inter ipsos ꝓuĩcie
epos:ita vt inter ipsos dissidentes non cõ
ueniant:non intelligo ipsis epis in conci-
lio existentibus prout voluerunt nõnulli:
sed si inter ipsos extra concilium oriantur.
puta super eoꝝ diocesibus vel decimis vel
alijs occurrentibus.Ita q̄ inter se nõ pos-
sint conuenire:tunc appellet tñ ab ipsis epi
scopis:qꝫ ab eorum synodis sacerdotalibus
ad maiorem sedem: hoc est ad metropoli-
tanam.Si vo hmõi qõnes per metropoli
tanum solum decidi non poterunt: tunc a
metropolitano ad eius concilium synoda
le appellandum erit. In quo ipse vt caput
residebit:ꝓꝫ i tex.d.c.oĩs oppressus ibi.vbi
fuerit sũmoꝝ.i.episcopoꝝ fm Archidi. z
alios.congregatio sub metropolitano con
gregata:que per singulos annos fieri solet
z dꝫ: ꝓut hr̃.xviij.di. quem qdem z extra
de accu.sicut olim.z s̄.late dictum fuit. Et
sic habebunt locum iura dicentia gradatis
appellañ.esse.extra de appel.dilecti. el.ij.z
in.c.romana.eo.ti.lib.vj.ij.q.vj.anterior.z
ff.de appel.l.imperatores.Et pro hoc bene
facit tex.ix.q.iij.per singulas.cũ multis ca-
pitulis sequentibus. Quicqd dixerit qdaꝫ
magne dignitatis neotericus in.d.c.mul-
tis.qui post Bellamerã voluit q̄ vbicũqꝫ
iura dicunt de Archiepiscopo recurrendus
esse ad synodum intelligat ad synodum.s.
vlem: male ponderãdo tex.in.d.c.oĩs op-
pressus:cum alijs iuribus de qbus s̄.In-
quantum aũt glo.z doc. dicunt q̄ de conci
lio qñqꝫ appellat ad Archiepiscopum: cre
derem hoc veꝝ respectu synodi episcopalis
vt s̄.dixi.Seu si de prouinciali intelligendũ
foret:ꝓut idem neotericus ꝓbari sentit in
d.c.multis.qd nusqꝫ apparet. Tenerem cũ
Bellamera ibi vt.s.itelligat de synodo au-
ctoritate metropolitani sine ipso celebrata:
z in qua ipse nõ interfuit vt caput. Secus
si ipse interfuisset:vel eius Uicarius ipsius
noie:q: tũc de seipso ad seipm appellari vi
deret qd non lꝫ de appel.a collatione. li.vj.
iuncto.c.non putamus.de consue.eo.li. Et
intelligendo tex.modo pmisso mihi viden
tur omnia satis clara z sine scrupulo : que
alr̃ interpretando confusionẽ gn̄ant:z ma
le concordari põt psalterium cũ cythara.

¶ Addunt insup doc. huic tractatui post
Inno.in sepe alle.c. graue.de pben. q̄ qui-
cunqꝫ in loco dicti concilij ꝓuincialis re-
periunt:tenent de singulis causis z quere-
lis cuicunqꝫ contra eos agere volẽti in di-
cto concilio respondere pinde:ac si ad hoc
expresse extra eoꝝ domicilia tracti z citati
forent. Qd est dicere breuius. Tales q ibi
forte pro aliquibus eoꝝ negocijs vel causis
repiuntur:non hẽre ius reuocandi domũ:
qd approbare vr̃.tex.in.c.pp el p. z el.ij.cū
pluribus similibus.xviij.di. ibi in ipsis ãt
concilijs z psbr̃os z diaconos pñtes esse
opꝫ:z oẽs quotquot se lesos existimant sy-
nodicam expectare sniam.Secus tñ dicũt
qdam esse in concilio gn̄ali: sed de hoc.I.cõ
cludendo aũt pmissam qõnem.in ꝓuincia
li.Io.an.in.d.c.graue.in.iij.col. dom eẽ in
quit:q̄ siue gn̄ale siue ꝓuinciale concilium
pro aliqbus

pro aliqbus spālibus negociis emergentibus conuocet: q ius reuocandi domus in alijs negocijs ⁊ causis competat his qui ibi talr repiuntur: siue cause ipse vel negocia ciuilia sint siue criminalia. Si vo concilium non fuisset congregatum specialr pro aliqbus specialibus ⁊ exp̄ssis negocijs: sed generalr ꝯuocatum fuisset ad ꝓuideñ. his que necessaria forent pp causas ecclasticas ⁊ ad tollendas controuersias que orte eēnt vel orirent: vt dicit tex. in. d. c. pp ecclasticas. Tunc dicit ipse siue concilium sit gnāle siue ꝓuinciale: siue synodale. Illi qui ibi reperiunt respōdere tenent in ciuilibus tm̄ negocijs ⁊ causis tm̄: nec in illis ius hn̄t reuocandi domum. In criminalibus ius cōpetit reuocandi domum: nisi ad hoc spālr vocati forent: q: i istis causis criminalibus non tenet qs respondere: nisi ad hoc spālr citatus sit: exp̄ssis ēt criminibus sup qbus accusat. v. q. ij. c. si. fm Inno. cuius fuit quasi tota hec glo. quā vt refert Jo. and. posuit etiam Hostié. in. d. c. graue. Et hec quidem de prouinciali concilio: quod nos equo forte longius distraxit sufficiant.

Generalia capla Religiosoꝶ.

Quidam ẽt doc. post tractatum concilij ꝓuincialis: adijciunt pro quarta spē conciliorꝶ gnālia capla Religiosoꝶ de qbus recēsere vident. tex. in. c. in singulis. ⁊ in. c. ea que de sta. mo. ⁊ in cle. ne in agro eo. ti. in fi. ⁊ in. c. fi. de pac. lib. vi. ⁊ per Inno. in. c. graue. de p̄bē. Que capla singulis triēnis fieri debent. Et in eis de cōi eorum vita ducenda. De moribus tam in ecclesia q̄ȝ extra reformandis: de numero ꝑsonaꝶ in locis suis tenendo: de instructoribus adhibendis: de tractatibus habendis in caplo. ⁊ de eius presidentibus. De Prioribus ac totius congregationis vel monasterioꝶ ⁊ locoꝶ suorum prefectis: visitatoribus: officialibus: ꝯfessoribus ⁊c. eligendis ⁊ deputandis. De locis capiendis: edificandis ⁊ reformandis ⁊c. Tractari disponiqȝ consueuit. Et ad hmōi capla gnālia oēs presidentes ⁊ officiales monasterioꝶ ⁊ locorū profisci debent. Ibiqȝ vnusqsqȝ rōnem administrationis ⁊ villicationis sue reddere ꝺꝫ: ⁊ que correctione: reformatione: vel ꝓuisione aliqua in loco suo indigent ꝓponere vt opportune superinde ꝓuideri valeat: cōi patrum deliberatiōe. Hodie tm̄ priores tm̄ seu alio quocūqȝ noie vocent p̄sidentes: ⁊ vnum alium quē nōnulli discretū loci vel monasterij appellant: ad hmōi capla mittere ꝯsueuerunt. Saltem qn̄ ꝓuincialia celebrant: q gnālia saltem in for iuris specifica raro celebrant. Sed vt plimum ꝓuincialia singulis annis. Generalia vo singulis tribus annis fieri dn̄r. De his aūt ⁊ hmōi ad dicta capla spectantibus vide late per glo. ⁊ doc. in iuribus s. allegatis. ⁊ in. c. qa ex eo de pac. in. vi. Qm̄ ista ꝓprie dici non pn̄t concilia: vel synodales congregatiōes: cum de rebus vlibus diocesum vel ꝓuinciaꝶ: aut totius orbis non tractent: nec tractare possint qd est ꝓprium ꝯciliorꝶ. Sȝ tm̄ de rebus eorꝶ ordinum ⁊ religiosoꝶ particularibus. Unde ꝯuenientius ⁊ magis ꝓprie capla ⁊ vniuersitates qdam nuncupātur. Et fm eorꝶ ꝯstitutiones: priuilegia: cōsuetudines: ⁊ regulares traditiones regulantur: ⁊ propterea vlterius insistendum minime esse duxi.

Unde traxerint originem concilia.

Unde autē concilia traxerint originem: ⁊ quis ea primum celebrare ceperit non satis cōpertum eē pōt: q̄uis tex. xv. dist. c. i. in fi. qui fuit Isidori ethi. li. viij. sub rubrica de canonibus concilioꝶ capitl. xiiij. in fi. Usum ꝯcilioꝶ celebrandoꝶ ex more Romano tractum attestari videat: eo q Romani tempore quo agebant cāe: ꝯueniebāt oēs i vnū ⁊ cōi intentiōe eas tractabant. Auctor est mihi Ti. Liuius Patauinus Decadū lib. p. Romulum Romane vrbis ꝯditorem: ea iam tum crescente. Rebus diuinis ex euādri instituto Herculi rite peractis: vocata (vt ipsius verbis vtar) ad ꝯcilium multitudine que coalescere i ppli vnius corpus: nulla re p̄terq̄ȝ legibus poterat: iura dedisse: ⁊ cum iam virium haud peniteret: consilium deinde viribus parasse: ac tum primum centum Senatores creasse: qui p̄res: honoris gra: dicti fuere: patritijqȝ ꝓgenies eorꝶ appellati. Quos qdem p̄res quotiens de rebus dubijs arduis ⁊ maximis disceptandum: deliberandumqȝ foret in concionē vocatos fuisse legimus. Donec Romu

tum ip̄m in sede regia in eoꝝ medio cōcionantem: ipsis auditis: ꝓcelle fragor ingens nube densa obducta: ex humanis (vt tunc creditum fuit) substulit. Sed eadem quoqꝫ rōne credeñ. est alios priscos Reges: respublicas: ꝛ gentes sua concilia ante Romulū habuisse. Et ꝓpea altius repetendo melius dicendum nobis vr̄. Conciliorum vsum ꝛ institutionem: nām ipsam: optimam rerꝫ oīum parentes. (Presertim vbi necessitas suggerit) edocuisse. Qn̄qdeꝫ hoīem homini nasci non in obscuro est. Dn̄o Geneseos primo insinuante: dum ꝓtoplasmate in lucem edito. Faciamus ei adiutorium silē sibi edixit. Homo igiť rōnis capax atqꝫ particeps effectus consocia ꝓgenie iam coalescente statim (vt crediť) in ipso rerꝫ ꝓmordio agnoscere cepit. Illud integrum ꝛ irreprehensibile ꝯsilium ꝛ iudicium fore: quod pluriuꝫ sententijs ꝛ rōnibus cōprobareť. extra de offi. delega. prudentiam. ꝛ in cle. i. de sen. excō. Nam vt inqt ph̄s cē tale additum tali facit ipsum maius. Et qd̄ a pluribus sapientibus queriť facilius inuenitur. xx. di. de qbus. Et vt inqt impator. C. de fideicō. l. vlti. ad fi. ꝛ hr̄. lxiiij. di. ex ꝯsciam. ꝑ ampliores hoīes ꝑfectissima veritas reuelatur. Ea itaqꝫ rōne adductus. Credideris fidei nr̄e pr̄es ꝛ fundatores optimos. Siue natura ꝛ visu: siue hebreoꝝ: grecoꝝ: vel Romanoꝝ imitatione allectos: conciliorum nostroꝝ vsum: formam ꝛ modum excogitasse. Cum non ignorarent verbum ꝓceptoris ꝛ dei nr̄i xp̄i. Mathei. xviij. c. Ubi duo aut tres cōgregati fuerint in noīe meo: ibi ego in medio eoꝝ sum: transumptiue aūt. i. q. i. cum scriptura ꝛ. xxiiij. q. i. alienus est. Et ꝙ scā dei eccl̄ia non in singulis sed in oībus xp̄i fidelibus simul ꝯgregatis constituebať de con. di. i. eccl̄ia. glo. in. c. fi. ne ꝑla. ui. suas. in. c. cum dilecti. de v̄b. sig. ꝛ in. c. fundamē ta. de elec. lib. vj. Et ꝙ si aliquid ꝓ cōi oium vtilitate vel dispendio Reipu. chr̄iane tractandum erat quod oēs tangeret ab oībus approbañ. foret. Regula. quod oēs tangit d̄ reg. iur. in. vj. cum suis concor. Nec minus ꝙ virtus vnita fortior est. seipsa dispersa: ꝛ ꝙ plus videt plurimoꝝ oculi: plus possunt multoꝝ manus q̄ꝫ vnius vel paucoꝝ. ff. ad l. aquil. Ita vulneratus. ꝛ extra de ꝑsump. mandata. Quodqꝫ xp̄s ꝑtātē fidei sue vni tm̄ pet⁹ dare noluit: sed plibus discipulis ꝛ aplis oībus. xix. di. Ita dn̄s. ꝓut ēt spūm scm̄: spūm sapientie ꝛ intell'ꝫ post eius gloriosam resurrectionem oibus aplis tradidit. xxiiij. q. i. loquiť in prin. vnde dr̄ ꝙ ceteris apostolis parem ꝑtātem cum pet⁹ tribuit. lꝫ illi maiorem administrationē. xxj. dis. in nouo. ꝛ Luc. xxij. c. dispono vobis Regnū: sicut pr̄ celestis disposuit mihi ꝛc. Non igitur mirum si ꝛ gentiles ꝛ nr̄ates oēs: his ꝛ alijs plibus rōnibus edocti ēt sine imitatione vlla sola natura ꝛ rōne ipsa suggerente necessario excogitauerūt instituerunt ꝛ apprime celebrauerunt ꝯcilia sua. Sed quo ad nos attinet sanctissimos xp̄i aplos nr̄is ꝯcilijs originē formāqꝫ dedisse nemo ābigit: ꝓut latius dicemus in art° sequenti.

Quibus temporibus concilia pleraqꝫ celebrata fuerint.

q

Uibus tēporibus. Quibusue Pontificibus: Impatoribus vel Regibus ꝓsidentibus: annuentibus: mādantibus seu ꝑmittentibus concilia plima: ex his quoꝝ noīa ꝛ tpa a nobis hr̄r: celebrata fuerint. Necnon qui canones ex his pluribus qui in corpore iuris nr̄i reperiuntur (paucis forte īcaute ꝓtermissis) quos diligens indagator facile addere possit: eisdem concilijs ascribanť. Non minus curiose q̄ꝫ laboriose scribendum occurrit: vt saltēꝫ sciamus eadem concilia ꝯciliorumue noīa nō inutilr̄ celebrata: aut frustra mēbranas occupasse. Quāq̄ꝫ oīum ꝓteritoꝝ conciliorum certa noīa: ꝛ certa tpa: cum causis suis inuenire minime potuerim: qd̄ qdem nostre imbecillitatis atqꝫ secordie: ꝓsertim in rebus cōibus tanti momenti: maximum argumentum existit. Unde ꝛ Gratianus qui ex secretiori doctrina decretoꝝ librum insignē nō minus erudite q̄ꝫ eleganter coegit: huic nostre sn̄ie assipulari vr̄. Cuꝫ in ꝑscriptionibus. xlv. di. c. neminem inqt. Item quodam in concilio. ꝛ. xxxij. q. vij. c. qdā cū fratre asserit. Itē in cuiusdam concilij cap⁹

Non est tm̄ pro euidentiali omittendum anteq̄ꝫ quesitus aggrediamur: ꝙ lꝫ pleraqꝫ concilia in sacris Canonibus numeri ordinem sibi vendicent: vt. s. Nicenum dicať primum. Constantinopolitanū scd̄ꝫ. Ephesinum tertium. Calcedonēse quartum ꝛc. Attamen non id qdem ea rōne factum fuit ꝙ tpe eoꝝ primus alia ꝓcesserit: sed qꝫ ma

ioris

ioris auctoritatis z existimationis:tum rõ
ne personaꝝ congregataꝝ:tus rõne reꝝ in
eo gestaꝝ habitum fuit. Ita notabiliter col
ligitur z probat.xvj.di.c.pma annotatio.
iuncta glo.in.c.placuit.in v. Isidorus eadẽ
di.vbi dr̃ ad lr̃am:q3 ls acgritana synodus
fuerit prior Nicena:tñ pp maiorem auctori
tatem Nicena pponit:vt in.d.c. pᵃ annota
tio:qd ẽt pbatur in.c.habeo librum. cũ tri
bus caplis sequentibus.z clare in.c. qrñ.z
in.c.sexta synodus.iunctis his q̃ vtrobiq3
per Archi.post Hug.z alios late scribunt.
Ubi hr̃ q sexta synodus de qua ibi: qnto
loco rõne tpis celebrata fuit. Quinta vero
sexto loco habita extitit. Constat.n.eã quã
sextam nuncupamus tpe Constantini qr-
ti z Agathonis pape:qui fuit natione sicu
lus. Põtifexq3 maximus designatus. An-
no salutis nr̃e septingẽtesimo scdo: seu fm
alios ephimeridum scriptores. Sexcentesi-
mo septuagesimo quarto celebratam fuisse.
Quintam vero que sexta rõne tpis debue
rat appellari sub Justiniano eiusdem Cõ-
stantini filio z Julio Pontifice maximo:
vt attestari vr̃. Venerabilis Beda in libel
lo suo de tẽporibus:z transumptiue scribit
Gratianus in.d.c.sexta synodus.z seq.xvj.
di.habitum fuisse. Quãq3 in hoc eos q ita
scripserunt:mala tempoꝝ supputatione ãt
noium cognatione vel errore variasse exi-
stimemus. Quia ex annalibus chrianis sa
tis abunde constat. Julium pontifices ma-
ximum:qui synodum habuit:fuisse tpibus
Constantij:z Constãtini Imperatoꝝ an-
no xpi.cccxiiij. Neminem aũt Julium põ
tificem tpibus Justinianoꝝ fuisse:cum vni
cum Julium in antiquoꝝ pontificijs inue
niamus:z Justinianum primum anno a
Natali xpi. Dxxxiiij. Scdõ vo Dlxiiij. Im-
peritasse legamus. Dicendum est ergo di-
ctam qntam synodum tpibus Justiniani
primi:qui annos.xxviij.iperitauit: z Vi-
gilij pontificis maximi qui synodum ipas
Constãtinopoli tenuisse scribit:ↄtra Theo
doꝝ z alios hereticos:eius sequaces:nefan
dissime asserentes Btãm Virginem non
deum z hoiem:sed puꝝ tñ hoies genuisse:
prout quo ad reliqua idem quoq3 Beda at
testat. Dum qntam synodum ↄtra Theo-
doꝝ z cõs hereticos celebratam fuisse scri-
bit. Licet vitio forte scriptoꝝ seu temporis
errore. In noie Pontificis z ipse z Gratia
nus dicto in loco pbabat: sed de his.l.suo

loco dicemus. Non omittentes q Gratia
nus quo ad ordinem z tpa ↄciliorum pscri-
ptum ad lr̃am sequtus fuit Isidoꝝ in libro
suo ↄciliorum ls Isidorus decẽ z noues cõ-
cilia. Gratianus aũt viginti quatuor ordi-
ne successiuo enumeret in.d.c.pma annota
tio. Hec itaq3 sacroꝝ canonum consydera-
tio nos quoq3 excusabit. Si ↄcilijs octo pn
cipalioribus suo ordine recitatis. (Aplicis
nihilominus venerabilr pmissis). Reliq̃
put se magis apte offerre videbunt alpha-
betico ordine suis cum statutis annotabi-
mus. Quõ igit sanctissimos xpi aplos cõ-
cilijs nr̃is originem z formam dedisse. Ac
prima in Republica xpiana celebrasse cõue
niẽtissime (vt arbitror) diximus huic sen
tentie astipulari põt. Qd voluit reuerẽdus
Antoninus Florentinus Archieps in 2ª
parte tertie partis sũme sue tit. xxiiij.§.de
concilijs gnãlibus. Dum scribit primũ cõ-
ciliũ eccl̃ie celebratum fuisse Hierosolymis
sub Petro aplo primo pontifice sũmo:pre-
sente ẽt Jacobo Hierosolymoꝝ Patriar-
cha. Qñ.s.disceptantibus Paulo z Bar-
naba cum conuersis a iudaismo circa ob-
seruationem legalium. Utrum.s. Fideles
conuersi ex gentilitate seruare deberent in-
stituta legalia. Questio hec: tanq̃3 qd fidei
ad aplos qui erant Hierosolymis deducta
fuit:vt hr̃ actuum p.z.xv.c. Ibi cum surre-
xissent qdam de heresi Phariseoꝝ q credi-
derant dicentes q ops circumcidi eos:pci-
pere quoq3 seruare legem Moysi. Conue-
nerunt Apli z seniores videre de vbo hoc.
Et cum Petrus apls vt caput concilij z põ
tifex maximus:declarasset cum cõsilio z cõ
sensu dicti concilij:eos non eẽ ad hoc idu-
cendos. Et subinde Jacobus in psona to-
tius concilij assurrexisset approbãdo tãq3
scm̃ z iustum qd Petrus spũ scõ plenus de
terminasiet:sequit tex. vbi.s. Tunc placuit
aplis z senioribus cum oĩ eccl̃ia eligere vi-
ros ex eis z mittere Anthiochiã cũ Pau-
lo z Barnaba. Hunc igit morẽ nr̃a q̃3 ac-
cepit eccl̃ia:put suo loco dicet. Proposita
enim aliqua iusta z catholica determina-
tione: Concilium rñdere consueuit:pls.i.q.
vij.c.ↄuenientibus. Et demum cum rescri
beñ.est:in eam fere snĩam scribitur in qua
Apli in concilio de quo.s.eccl̃ie Antioceñ.
eoꝝ determinationẽ intimauerunt. Ibi vi
sum est spiritui scõ z nobis:nihil vltra im
ponere vobis oneris: q̃3 hec necessaria zc.

¶ Post Aplo𝔷 igitur concilia q̃tuor vlibus synodis. vz. Niceno. Constan. Ephesino: z Calcedoneñ. primus locum iter oia alia concilia sacri canones attribuerunt. Non qdem q tpe pcesserint (vt s. meminimus) Sed q auctoritate sua: vt inqt Jsidorus dicto ethimologia𝔷 lib. z transumptiue hr. xv. di. canones. dicte quatuor venerabiles synodi. Totam principalr fidem cõplectunt: quasi quatuor euãgelia vel totidẽ Paradisi flumina. De quibus btũs Gregorius eadẽ di. in. c. sicut. dicit. sicut sci euãgelij quatuor libros: sic quatuor concilia suscipere z venerari me fateor: z. J. Cũctas pso quas prefata veneranda concilia psonas respuunt: respuo: q̃s venerant: amplector. Que dum vli sunt ɔstituta consensu: se z non illa destruit: q̃squis presumit absoluere quos ligant: aut ligare quos absoluunt. Quo factum fuit vt idem Jsidorus: vbi s. z nrãtes cum sequentes canones gnãlium cõcilio𝔷 nro𝔷 a tpibus Constantini magni cepisse dixerint. Qr vt inquiunt in precedentibus annis: psecutione feruente: docẽda𝔷 plebiũ minime dabat facultas. Jnde chrianitas in diuersas hrses scilla est: q non erat epis lnia ɔueniendi in vnum: nisi tpe supradci Jmpatoris. Jpse. n. dedit facultatem xpianis libere congregari. Sub hoc ẽt sci pres in concilio Niceno de oĩ orbe terra𝔷 cõuenientes iuxta fidem euangelicam z aplicam scdm post aplos symbolum tradiderunt.

¶ Huius aũt dicti occasiõe insurgunt gl. z doc. in. d. c. canones z alibi: opponẽtes q̃ imo diu ante Constantinũ z Siluestrum concilio𝔷 canones ceperint: vñ dicunt ipsi contra hãc ɔclõnẽ vr tex. xvj. di. Jsido. vbi tex. dicit q canones plrs in concilijs editi fuerunt: z ab aplis z a scõ Clemente: q fuit quartus pontifex maximus post Petrum vsq ad scm Siluestrum z. xiij. q. ij. dr in. c. placuit q Melchiades magnum conciliũ habuerit ibi placuit per oia magno ɔcilio. Melchiades aũt fuit immediate pdecessor Siluestri: qui fuit tpibus Maxẽtij Licinij z Maximini: siue itelligas tex. q ipse Melchiades in illo concilio fuerit: siue q referat gesta in magno concilio ante eum celebrato. Legimus ẽt apud ppetue historie ecclesie nre scriptores plimos: Fabianum põtificem maximum natione Romanus: qui vsq ad Decium impatorem puenit circa annos mundi. 5433. z circa xpi annos. cclxiiij. vel vt ab Eusebio in suo de tpibus libello circa annos mundi. 5433. annos vero xpi. cxxxiiij. Conciliũ Rome habuisse: sexaginta epo𝔷: z totidem psbro𝔷 cũ pluribus Diaconibus. Jn quo Nouatij psbri vrbis Ro. qui epatus eiusdem ambitione: ne post Fabiani mortem in Cornelium q Fabiano postea successit: deueniret diuia: humanaq oia subuertit z pturbauit: prauam sectam: z hrticam opinionem idẽ Fabianus dãnauit: eo q contra ipsos Fabianum z Cornelium assereret. Apostatas ẽt penitentes z ad eccle gremium redeuntes non eẽ amplius recipiendos: nec eis veniã esse dandam contra saluatoris nri sniam z preceptum: qui Petro non modo septies sed septuagies septies pctõri redeũti remittendus eẽ iussit. Mathei. xviij. Quiq Nouatius ppca se ab alijs catholicis: dcõs Fabianum z Corneliũ seqntibus abstinebat: ac se suosq καθαρούς. i. mundos appellabat: Js prefatus Fabianus tante scitatis fuerit vt mortuo Anthero eius pdecessore. Cum de surrogãdo pontifice maixmo quereret. Columba pplo astante sup caput eius volãdo z in ea for in qua s. Jesum cum apud Jordanẽ baptiçaret: assidẽdo ipm põtificẽ maximum: ɔput creditũ fuit: declarauerit. Huius ẽt tpibus z forte i eodẽ conc. Origenem clarioris doctrine vi𝔷 insignẽ fuisse scribit: qui errorem q̃ndam hrtico𝔷 asserentium: aias cum corporibus interire: argutissi. disput. cõtriuit z sustulit. Quosdã etiam gñales Anastasin: hoc est resurrectionem in extremi iudicij die denegantes conuicit. Que fuit inueterata saduceo𝔷 heresis Actu. xxiij. c. Helchesata𝔷 ẽt puersum dogma: Paulum apl contẽnentium: z asserẽtium q negantes chrz metu tormento𝔷 ore tñ: si puro corde eẽnt: nihil facinoris cõtraherent: de medio sustulit. Scribunt ẽt qdã eiusdem Fabiani tpe ludos sclares Rome magnifice celebratos fuisse: pp annum millesimum pfecto centesimo ab vrbe condita Et ipm Fabianum septem vrbis regiones septẽ Diaconibus diuisisse: vt a Notarijs res gestas marty𝔷 colligerent. Statuit qз idem Põtifex vt scm chrisma singulis annis in cena dñi d nouo consecraret. de cõ. di. iij. in lris. ¶ Aliud ẽt concilium añ tpa Siluestri z Cõstãtini scribunt tpe. s. Marcellini qui successit Caio circa annos Dñi. cclxxxiiij. hunc aũt Eusebius. xxviij. pontifi

cem Ro.scribit fuisse anno salutis.cccvij.
Quem Marcellinum vniuersoꝝ epoꝝ cõ
cilium collegisse asserunt centum.vz.octua-
ginta in Sinuessa vrbe campanie:cum fre-
uitia ꝑsecutoꝝ nois xpiani ꝑterritus tpe.s.
Diocletiani tria thuris grana idolis ado
leuisset. Quo factum fuit vt coacto cõcilio:
squallidus:puluerulentus:⁊ cilicio idutus
illud ingressus:debitas ⁊ ꝓmeritas incõ-
stantie sue penas infligi sibi peteret:lz con-
cilium sniam contra eum dicere noluerit:
eidem asserendo:tuo ore iudica cãm tuam
non nr̃o iudicio:⁊ item noli audiri in nr̃o
iudicio:sed collige in sinu tuo cãm tuaz ⁊c.
de quo hr̃.xxj.di.nunc aũt. Ferunt ẽt eũdẽ
Marcellinum anatematiçasse oẽs eos:qui
cadauer ipsius post eius mortes sepelirent
eo ꝙ se indignum ⁊ ꝑꝑ xpi abnegationem
assereret:xpianam sepulturam non ꝓme-
reri. Et cum ob id.xxx.diebus inhumatus
fuisset ꝑ Marcellum eius successores iussu
beati Petri apli ad ipsius apli pedes tu-
mulo traditum ferunt:q̃uis ipm non in
Janiculo sed via salaria sepultum pleriqȝ
attestent. Ex q̇bus satis liquido constare as
serunt canones conciliorꝝ ante tpa Cõstan
tini ⁊ Siluestri fuisse:⁊ sic vr̃ ꝙ tex.in.d.c.
canones sit falsus ⁊ mendax:sed glo.ibi stã
do ꝯrio:⁊ idem Archi.xiij.q.ij.in.c.placu-
it.soluunt ⁊ dicunt ꝙ lz tpe Clementis ⁊
Melchiadis ⁊ Marcelli ⁊ alioꝝ celebrata
fuerint pleraqȝ concilia:tñ ꝙ libere nec ita
gñalr̃ celebrabant:sicut postea a tpe Silue-
stri citra q siluester ꝑmus fuit.xxxiiij.Ro.
pontifex post btm̃ Petrum anno xpi.ccc-
xxxix.ſm platinam suo in pontificum Ro.
libello. Jdcirco vr̃ ꝙ tunc primum concilia
celebrari cepta fuerint:⁊ verbum gñalr̃ po
situm in.d.c.canones soluit ꝯrium vt dic̃
glo.ibi. Sequendo igit̃ ordinem sacroꝝ ca-
nonum dicendum vr̃ ꝙ Nicena synodus
Constantino magno ꝑmittente tpe beati
Siluestri in Nicea vrbe Bithinie congre-
gata. Trecẽtoꝝ decem ⁊ octo epoꝝ fuit. Jn
qua Arianne ꝑfidie ꝯdemnata est blasphe-
mia:quã de inequalitate scẽ trinitatis:ides
Arrius qui ꝑsbr̃ Alexandrinus fuit asse-
rebat. Prem.s.maiorem:filium minorem:
⁊ spm̃ scm̃ creaturam ⁊ aliqñ seruum ꝯten
dendo. Erat aũt Arrius:vt Annalium scri
ptores tradunt:vir spẽ ⁊ for⁹ magis q̃ vir
tute insignis:⁊ laudis ⁊ glie potius q̃ vtu
tis cupidus. Asserebat.n. impurissimus
heresiarca de xpo coeterno ⁊ ꝯsubstantiali
dei filio. Erat aliqñ qñ non erat. Tandem
vero re ipsa in concilio diligenter discussa
cõi prium oium ꝯsensu conclusum determi
natumqȝ fuit. Chrm. [illegible] i.cum pr̃e con
substantialem ꝯfiteri scribiqȝ ab oibus or-
thodoxis debet. Jpseqȝ Arrius cum suis
oibus satellitibus ⁊ sequacibus dãnatus
⁊ ex̃ gremium ecclie eiectus fuit. Qui ꝓo
cuz Arrio sentiebant:fuerunt ad.xvij. lz sex
tm̃ cum Arrio in exilium missos asserãt:
reliquosqȝ oẽs ad cor et rectã fidem rediis-
se. Et vt deinceps oĩs tolleret̃ dubitãdi oc
casio. Symbolum scissimoꝝ aploꝝ exẽplo
maiore tñ vberiore ac clariore stilo:idẽ con
cilium edidit:ques postmodum Damasus
in cõcilio Constan⁹ in missaꝝ maioribus
solẽnitatibus decantari instituit:teste Archi.
in.d.c.canones.xv.di. Et ideo ſm euz:post
euangelium decantat̃:vt fidem post euan-
gelij predicationem subsecutam ostendat.
Quia ſm Aplz ad Ro.x. fides ex auditu:
auditus aũt per vbum xpi. ¶ Sunt ẽt qui
scribant ab eodem quoqȝ concilio dãnatos
fuisse hereticos a Photino gallogrecie epo
nomen trahentes. qui ebionitaꝝ heresim
imitati Xpm ex Maria ⁊ pio Joseph nu-
ptiali coitu fuisse ꝯceptus impudentissime
affirmant.xxiiij.q.iij.qdam vñ.photiniani
vna cum Sabellianis hereticis:qui vnam
tm̃ in diuinis ꝑsonam pr̃is.s.filij ⁊ spũs sci
astruebant. Noeticianos heresiarchas pro
sequentes.d.c.quidaz ver si. Sabelliani. Cõ
tra id aũt qo ꝯ̃ diximus ꝙ in eodem conci
lio fuerint.cccxviij.pr̃es facere vr̃ tex.x.q.i.
hanc ꝯsuetudinem in si. vbi de.ccc. tm̃mõ
patribus dicti concilij mentio hr̃. Sed rñ.
glo.in.d.canones ꝙ maior numerus mino
rem cõprehendit ⁊ in se ꝯtinet. Consueui-
mus.n.aliqñ per certum modum loquẽdi:
vbi numerus est notus. Centenarium tm̃
exprimere:lz aliquid vltra in vitate addat̃:
qd magna l ꝯsyderatione hri nõ cõsueuit.
Dubitari ẽt visum fuit ab aliquibus circa
hanc Nicenam synoduz an.s.a Siluestro:
an vero a Julio pontifice maxio celebrata
fuerit:sub Constantino maximo ꝑꝑ tex.ve
nerabilis Bede in Libello de tpibus:ques
simplr̃ refert Gratianus.xvi.d.c.sexta. vbi
dicere vr̃:ꝙ q̃rta etate. ¶ Prima synodus
vlis in Nicena ꝯgregata est ꝯtra Arriuz.
cccxviij.patrus. Tpibus Julij pape:sub Cõ
stantino principe:sed ꝯ̃ Eusebius cesarien̄.
dictam

dictam synodū tꝑibus Constantini ꝛ Siluestri describit anno salutis.cccxxiiij.vnde inq̄t ipse: Arrius ꝑsbyter de ecclia electus multos sue impietati sociat: ad quam perfidiam corrigendam synodus.cccxviij.epoꝝ in Niceam vrbē Bithinie congregata: oēs hereticoꝝ machinas omuſiꝫ oppōne diecit ꝛ fuit: dicit ipse: synodus prima. Errorem aūt forte dedisse potuit: q2 Julius pontifex maximus, qui post Marcum intermediū: Siluestro successit: ad tpa vsq3 Cōstantini peruenit: quippe ꝙ idem Constātinus aliquādiu post Siluestrū superuixerit: vt colligit ex Libello de tꝑibus: quē diuus Hieronymus suffecit post Eusebium: vbi scribit Constantinum: cum bellum pararet in persas in Acyrone villa publica iuxta Nicomediā mortuū esse: anno etatis sue.lxvi. Et circa illa tpa Julium fuisse annotat: q̄uis ipsius tpe nullum concilium ponat: sꝫ platina Cremonē.q diu Bibliothece Ro. ꝑfectus fuit: quiq3 cum sepiuscule conciliorꝫ ꝛ reꝝ gestaꝝ Reipu. nr̄e xp̄iane euoluerit: multum hr̄e vr̄ fidei in lib. de vitis Pontificum Julium quem.xxxvj. pontificē in ordine ponit: ſꝫ alij vt Hieronymus .xxxiij. scripserint. Scd̄o Constantij Constantini magni filij anno: apud Laodiceam vrbem Syrie: vel (vt alij volunt) apud Tyꝝ cōcilium habuisse attestat̄. Ibiq3 acerrime disputatus cum Arrio ꝛ Arrianis: qui fauore Constantij redierant ad vomitum. Negando adhuc chr̄m cum pr̄e esse omousion Athanasio Alexandrino epo catholico cōtra eos constantissime eum omousion asseuerante: quem cum rōne Arrius superare non posset: ad conuicia versus. Magicas ei artes opposuit: quo factum fuit: vt iubēte Constantio impatore: vir dei Athanasius violēter ꝛ iniuste dānatus fuerit: donec Arrius perfidissimus: epoꝝ ꝛ ppli frequētia stipatus: dum leuandi ventris cā ad publicum locum declinat. Intestina oīa in latrine cuniculum vna cum vita demisit: iustissima dei snīa: q2 vir nefandissimus vita turpissima inhonestate non alibi q̄3 in latrine sordibus ꝛ viuere ꝛ mori ꝓmerebatur. Et hoc forte vt dicti errori vel equocationi cām dedit. Quāuis ꝛ Gratianus ipse qui in.d.c.sexta synodus Bedam seq vr̄ in.c.p̄ᵃ aūt synodus ea.xvj.di.ꝛ fere vbiq3 locoꝝ: vbi de Nicena synodo mentionem fieri cōtingit. Et alij oēs Cronici ꝛ Archi. post Hugo.in.d.c.sexta synodus improbādo opinionem Bede dictam synodū Cōstātino magno monarche ꝛ Siluestro pōtifici attribuant. vnde inquit tex. in.d.c.p̄ᵃ aūt synodus. Tꝑibus Cōstātini principis ꝛ Siluestri pape Romani: Macharij hierosolimitani. Alexandri Alexandrini eas celebratam fuisse contra Arrium: ꝛ ꝯdemnata eadem heresi: canones.xx.quoꝝ maxime prefatus Alexander eps auctor fuit statuisse: vnde bene dicebat Archi. vbi s̄.hoc eē nō pōt: q̄.s. Nicena synodus sub Julio celebrata fuerit: q2 Julius fuit tertius a Siluestro ꝛ successit Marcho: a quo Athanasius petijt capl'a Nicee synodi ante creationes Julij: vt patet.d.xvj. di.c. septuaginta.

¶ Ubi tollit ēt dubium qḋ exoriri vr̄. De septuaginta Niceni cōcilij capl'is: q2 vt plurimum ea.xx.tm̄ fuisse legimus: vt ps in.d.c.prima aūt synodus ꝛ in.c.pe.eiu des. di.xvj.vbi Stephanus papa scribit Luthobio epo Maguntino dicens.xx. tm̄ capl'a Nicene synodi in scā Ro. ecclia hn̄r: sed quo neglectu alia defecerint ambiguum est: plurimi arbitrant̄. Antiocheno concilio ea eē inserta: ſꝫ Gr̄anus in.d.c. septuaginta. ꝓhi. his ita dicat ipse. Reliqua: oīa in desuetudines abijsse.ꝛ.xx. tm̄ in Romana ecclesia hēri. Cū tn̄ septuaginta ꝓmulgata fuerint ad formam septuaginta discipuloꝝ: vel totius orbis terre linguaꝝ septuaginta: vt tāti ꝛ tam excellentis concilij capl'a ipsa oēm chr̄ianoꝝ informarent orbem: vt inq̄t tex. foralis in.d.c. septuaginta: sed iudicio meo Gratianus non bene rn̄det dubio a se tacto post.d.c.septuaginta.in vl'i. qūo ergo asserendo ꝙ alia in desuetudinem abierunt: vel Antiocheno concilio inserta fuerunt. Non.n.querebat̄ quot capl'a remanserint: sed hesitando querit ipse ꝛ dicit: qūo ergo.xx.tm̄ capl'a in Nicena synodo statuta dn̄r Cū septuaginta capl'a (vt Anastasius scribit) in ea statuta monstrent̄? Unde rn̄dendo precise ad dubium. Dici forte posset ꝙ tex.in.d.c.prima aūt synodus: recte ponderando vba precedentia ꝛ subsequentia per verbum.xx.canones tollit motiuum ꝛ dubium. dum dicit qui ꝯdēnata eadem heresi statuerunt.canones.xx.quoꝝ auctor maxime prefatus Alexāder eps fuit. Non.n.dicit ille tex.ꝙ editi fuerint tm̄ canōes viginti: sed hoc innuit ꝙ contra Arrium editi fuerunt.xx.quoꝝ auctor fuit Alexāder. Nec

obuiat huic solõni id qḋ dr̃ in.c. septuagin
ta.de septuaginta.vel in.c.viginti.de.xx.tã
tum capl'is. Qz non negat ibi quin Alexã
der quoqꝫ fuerit auctor alioꝝ caploꝝ dicte
synodi vltra illa viginti que excogitauit cõ
tra heresim Arrianã, ꝛ qn ex oĩbus septua
ginta viginti tm̃ circa diuersas mãs remã
serint in ecclesia Ro. sed petẽdo solõnẽ ad
oppõnẽ contrarietatis que fieri videbat̃ p
tex.in.d.c.prima aũt synodus: hoc iudicio
meo:ita ꝑut.ꝛ r̃ndendo:nullum hꝫ contra-
rium. Non est omittendũ ꝙ inter scripto-
res nr̃os aliqua ẽt est tpm discrepãtia: alij
enim vt Eusebius Constantiui tpa cõpu-
tando anno ab vrbe condita. Mxci. Olym
piade.cclxxiij.anno chr̃i.cccxv. eũ fuisse scri
bunt:alij;vt Beda:synodum prefatam an-
notantes dicunt eã fuisse:anno post Alexã
drum.Dcxxxvj. x°.kal. Juliaꝝ. Consulatu
Paulini ꝛ Juliani. Moderniores vo qdã
dictã synodũ circa annos Mũdi.5503.ꝛ
circa annos chr̃i.ccciiij. Nõnulli ãno Mũ
di.5513.anno chr̃i.cccxiiij seu.cccxxix.po
nere vr̃r. Fantinus Valeresius Venetus
Creteñ. Archieps qui profitet̃ se grecoꝝ ꝛ
latinoꝝ cronicas historias circa hoc lecti-
tasse scribẽs de auctoritate ꝯcilij Florẽtini
ꝛ ꝯtra errores grecoꝝ ad Eugenium qrtũ
hoc Nicenum conciliũ Anno dñi. cccxxv.
congregatum fuisse attestat̃. Quocũqꝫ aũt
anno fuerit:satis est: ꝙ eam sub Siluestro
ꝛ Constantino magno Constantij ꝛ he-
lene filio celebratam fuisse ꝯstat. ¶ Videa
mus igit̃ nũc qui sint canones ipsius Ni-
cene synodi:quoꝝ.xxx. lingua greca.xx. lin
gua latina edita ꝛ.x.,ꝑmiscue ab Alexãdro
ꝛ ab aplice sedis apocrysarijs iserta fuere:
lꝫ forte sub vno Canone plura capl'a consi-
stere possent:que eẽ posset altera solutio he
sitationis predicte Jsidorus ẽt in lib.con-
cilioꝝ viginti tm̃ enumerat lꝫ in ꝑfatione
eiusdem libri septuaginta ꝑmulgata fuisse
ꝛ.xx.tm̃ remansisse ꝓsequat̃. ¶ Canones
aũt Nicene synodi in corpore iuris q pro
nunc occurrunt hmõi fere sunt.xxxij. di.c.
interdicit.xviij.dist.habeat.ꝛ.c. interdixit.
xlvij.di.qm̃ multi.xlviij.di. qm̃ multa. lv.
di.siqs a medicis.lxiiij.di.illud gnal'r.lxv.
di.sane.c.mos antiquus.ꝛ.c.quoniã mos.
lxviii.di.ecclesijs.lxxi.di.siquis ausus.xciij.
di.peruenit.i.q.i.siquis effugerit. vij.q.i.nõ
opꝫ epm.xi.q.iij.seruet̃ ista snia.xiiij.q.iiij.
qm̃ multi.xvj.q.i.placuit oĩbus. d̃ peni.di.
v.si qui vero. de con.di.i. ecclesijs. de con.
di.iij.qm̃ sunt. Põit ẽt Gratianus ꝛ alio
titulo quosdam canones huius cõcilij: qḋ
appellat concilium scĩ Siluestri.xciij. di.c.
a subdiacono.xcviij.dist.c.nullus.ꝛ.ij.q.v.
presul non damnatur. Ab hac autẽ prima
synodõ Nicena vsqꝫ ad sequẽtem constan
tinopolitanam fluxisse annos sexaginta
tres conscribunt cronici. ¶ Constantino-
politana synodus scḋa vlis fuit.cl. patrũ:
tpibus Theodosij senioris principis. Da-
masi primi pape Romani: Cyrilli hiero-
solymitani. Nectarij: Alexandrini:ꝛ cõtra
Macedonium Constantinopolitanũ epm:
negantem spm̃ scm̃ deũ eẽ: congregata fuit
Anno salutis nr̃e.ccclxiij.q̃uis alij vt ides
Archieps creteñ.dicto suo in Libello de er
roribus grecoꝝ eã congregatam fuisse as-
serant anno chr̃i.cclxxj. Lꝫ quidam:vt ve-
nerabilis Beda ꝛ Gratianus post eũ.xvj.
di.c.sexta synodus.ꝛ.c.seq. eandes synodus
Gratiano impatori attribuãt:sed ꝑius est
qḋ idem Gratianus scribit. xv.di.c.cano-
nes.vñ.scḋa synodus:vbi eaꝫ sub Theodo
sio seniore congregatã fuisse asserit:ꝛ Ma
cedonium spm̃ scm̃ deum eẽ negantem cõ-
demnasse:ac consubstantialem prĩ ꝛ filio
spm̃ scm̃ demonstrasse. Dãdo symboli for-
mam:quã tota latinoꝝ ꝛ grecoꝝ confessio
in ecclesijs predicat:ꝛ lꝫ glo.ibi dicat ꝙ nõ
hẽmus symbolũ ꝯstãtinopolitanũ. Cũ tm̃
hẽamus symbolum aploꝝ Niceni concilij
ꝛ Athanasij. Quicunqꝫ vult saluus eẽ. Tñ
ego id intelligerem qḋ declarauerint Nice
num symbolum circa articulum d̃ spũ scõ.
Et alia quedam:ꝑut pꝫ ex lectura vtriusqꝫ
symboli:que talis est sꝫ Archiepm creteñ.
vbi s. Nam synodus Nicena formal'r ꝛ de
verbo ad vbũ dixerat. Credimus in vnũ
deum prẽm oĩpotentẽ:visibilium ꝛ inuisi-
bilium ꝯditorem. Et in vnum dñm iesum
chr̃m filium dei: Natum de prẽ vnigenitũ
hoc est de substantia prĩs:deum de deo:lu-
men de lumine,deum veꝝ d̃ deo vero. Na
tum non factũ: consubstantialẽ prĩ omou-
sion.i.vnius substantie cum prẽ: per quem
oĩa fcã sunt in celo ꝛ in terra. Qui pp nos
hoĩes ꝛ pp nr̃am salutem descendit. Et in-
carnatus est:ꝛ hõ factus est: ꝛ mortuus est
Et resurgens tertia die. Ascendit in celũ.
Jnde venturus est iudicare viuos ꝛ mor-
tuos. Et in spm̃ scm̃. Eos autẽ qui dicunt
erat tps qñ nõ erat anteqꝫ nascerет: ꝛ ꝙ ex

nullis existētibus factus est aut ex alia substantia vel eēntia: aut conuertibilem vel cōmutabilem eē dei filium anathematiçat catholica z aplica ecclesia. ¶ Synodus vero constantinopolitana ꝑma: illud reformando: z tam grecis ꝙ latinis legeñ. tradēdo dixit. Credimus in vnum deū p̄rem oīpotentem: factorē celi z terre visibilium oīum z inuisibilium. Et in vnū dn̄m iesuz chr̄m filium dei vnigenitum. Et ex p̄re natus an̄ oīa secula. Deum de deo: lumen de lumine deum veꝛ de deo vō. Genitum non factū consubstantialem p̄ri: ꝑ ques oīa facta sunt. Qui ꝑꝑ nos hoīes z ꝑꝑ n̄ram salutē descēdit de celis. Et incarnatus ē de spū scō natus ex Maria ꝟgine: z hō factus est. Crucifixus ēt sub pontio pilato passus z sepultus est. Et resurrexit tertia die s̄m scripturas. Et ascendit in celum sedens ad dexteram p̄ris. Et iteꝛ venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos: cuius regni nō erit finis. Et in sp̄m scm̄ dn̄m viuificātem qui ex p̄re ꝓcedit. Qui cū p̄re et filio simul adoraẗ z cumglorificaẗ: qui locutus est per ꝓphetas. Et vnam scām catholicas z apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissiones pctōꝛ. Et expecto resurrectionem mortuoꝛ. Et vitam venturi sc̄li amē. ¶ Ex quibus clare ꝑꝫ maxima diuersoꝛ v̄boꝛ dr̄ia: lꝫ eandem dicant z ꝓfiteāẗ fidem in substantia. Attn̄ Greci ꝑdictam symbolū ꝯstātinopolitanū acceptātes ꝯtra p̄res illos q tot addiderūt ꝺclarauerīt z exposuerunt. Non obstante decreto concilij Ephesini quo cauebaẗ vt asserunt: ꝙ sub anathematis pena: nemo aliqd addere vel detrahere deberet eidem symbolo z fidei concilij Niceni: nihil vnqꝫ opposuerunt: sed tn̄ contra latinos postmodum insurgentes vsqꝫ ad hec tp̄a totiens ḡnalibus in concilijs frustra confusi conuicti z dānati latrare nō cessant, sp̄m scm̄ a p̄re tantū z nō a filio ꝓcedere: latinosue oēs excōicatos eo ꝙ eidem symbolo declarando addiderīt: Filioqꝫ ꝓcedit. De qbus.l.aliqd suo loco dicemus. Circa ꝑmissa aūt alr̄ sentit Archi. sup ipsa. gl. d. c. canones. dicit. n. Damasum in ipso concilio constituisse: ꝙ symbolum p̄rum decantareẗ in ecclesijs in missaꝛ solēnitatibus: lꝫ nihil alleget: sed dicat ꝯstantinopolitanum symbolum. xij. partes habere: quas enumerat que idem sunt cū symbolo aploꝛ: tacite innuens ꝙ symbolū promulgauerit concilium constantinopolitanū: qd non dicat aperte tex. in. d. c. canones: sed simplr̄ dicit dans symboli formā: quā tota grecoꝛ z latinoꝛ confessio in ecclesijs ꝑdicat. Quicqd aūt sit circa ꝑmissa quo ad tp̄is determinationem: verior: vt dixi: vr̄ snīa eoꝛ qui dicunt hanc synodū: tp̄e Theodosij senioris celebratam fuisse. Qd̄ mihi quidem indubitatus est: q2 vidi multorum conciliorꝛ libros vetustissimos: qui sunt matricis ecclesie Veroneñ. lꝫ huius cōcilij gesta non hēam: sed in ꝓhemio quinte synodi Justinianus qui ei ꝑfuit: scribens vniuersitati ep̄oꝛ cōmemorando concilia ꝑterita. De isto ꝯstantinopolitano formalr̄ dicit: sed z Theodosius senior pie recordationis. Macedonio negāte deitatē scī spūs z Apollinario vel magno eius discipulo in dispēsatione incarnati verbi blasphemātibus ac dicentibus: sensum humanū non recepisse deum verbum sed carni vnitum esse aiam irrōnabilem hūti: cōgregatis in Regia vrbe. cl. patribus: cum z ipse particeps fuisset concilij: damnatis dictis hereticis vna cum impijs eoꝛ dogmatibus: fecit rectam ꝑdicari fidem. Et subdit vnum qd̄ snīam meam de quaꝫ. circa symbolum approbare vr̄: ibi. Sicuti. n. idem scī patres expositā rectā fidem a trecētis decē z octo scīs patribus explanauerunt de deitate scī spūs: z perfecte de dispensatione incarnati dei verbi docuerunt zc. Jsido. in lib. cōcilioꝛ symbolum eiusdem synodi ponit z eiusdes canones sex Sed ¶ Canones huius synodi tres tm̄ fuisse dicere vr̄ tex. in d. c. ꝑma aūt synodus. xvj. di. ꝟsi. scd̄a synodus: sed illud intelligo contra. s. heresim Macedonij: ꝓut innuere vr̄ tex. ibi. Qui dicit condēnata ꝑfata heresi statuerunt canones tres: quoꝛ auctor maximus. Beatus Nectarius ꝯstantinopolitanus fuit. Qui aūt cuiuscunqꝫ ḡnis a me annotati fuerūt hi fere sunt. xxij. di. c. constantinopolitane. Et sub titulo scd̄e vniuersalis synodi. iiij. q. i. c. qd̄ aūt. Et sub titulo constantinopolitani synodi. ix. q. ii. c. ep̄i. z. c. inuitati. Sed ꝙ sepissime in eadē vrbe concilium cōgregatum fuit: ideo alioꝛ forte concilioꝛ canones alibi ānotari possent: sic̄ ille. ccclxxiiij. patrum tp̄e Joānis pape octaui: eidem cōcilio ꝑsidentibus. eiusdē Joānis pape Apochrysarijs. Petro p̄sbyt̄ro Cardinale. Paulo Anconitano ep̄o, z Eugenio ep̄o Hosti.

qui hꝛ. vij.q.i.c.B nequaq̄. ¶ Ab hac vo
cōstantinopolitana synodo vsqꝫ ad Ephe
sinam subsequentem fluxisse annos q̄dra
ginta duos asserūt. ¶ Ephesina p̄ma vni
uersalium synodoꝝ tertium sibi locum vē
dicat. Hec itaqꝫ in Ephesinoꝝ metropoli
habita est tp̄ibus Theodosij Junioris ꝛ
Ualentiniani principum. Et Celestini pri
mi pontificis maximi : ꝛ fuit ducentorum
ep̄oꝝ. Qui heresiarcham Nestorium con
stantinopolitanum ep̄m: duas p̄sonas in
chr̄o Jesu asserētem iustissimo anathema
te condemnarunt: ondentes manere i xp̄o
duas nās ꝛ vnaꝫ tm̄ xp̄i personam. xv. di.
canones. ꝟsi.iij.synodus. ꝛ.c.sicut.xvj. di.
sexta synodus.ꝛ §.prima autem. ꝟsi.tertia.
Ubi ad..it alia heresis dicti Nestorij: q di
cebat btām Mariam:non dei sed hois tā
tum genitricem vt aliaꝫ personam carnis:
aliam faceret deitatis. Huic aūt synodo in
terfuit btūs Cyrillus Alexādrinus ep̄s:q
ꝯtra Nestoriū acerrime disputauit ꝛ cano
nes seu capl'a.xv.cōtra ipsius Nestorij bla
sphemias,ꝑposuit promulgariqꝫ obtinuit.
Hanc synodum circa ānos salutis nostre.
ccccxiiij.celebratas fuisse scribunt quidam:
alij ꝟo circa annos xp̄i.ccccxiiij.nōnulli vt
Archieps̄ creteñ.anno xp̄i.ccccxx. Celesti
num p̄terea pontificem instituisse aiunt:vt
ante missaꝝ solēnia psalmi. Introitus:ꝛ re
sponsoria premitterent. Et presertim psal
mus. Judica me deus ꝛc.cū subseq̄ntibus.
Ferunt quoqꝫ his tp̄ibus diabolum perso
naꝫ Moysi induisse:ꝛ multos iudeos ma
xima supplantatione illusisse. Dum eos ex
Creta in terram ꝑmissionis sicco vestigio
per mare deducere pollicet:eo modo quo
in historia veteri. Exodi. ca.xiiij. legimus:
vnde multi ex his pseudo Moysen secuti:
cum primo ingressu cedere apparentibus
vndis:submersi tādem fuere:his (vt aiūt)
dūtaxat exceptis: qui tūc chr̄m veꝝ messiā
atqꝫ dei filiū credidere. ¶ Quo aūt ad p̄n
cipale ꝑpositū nr̄m. Habeo huius cōcilij li
brum antiquissimum. Ubi sunt epistole ac
diffinitiones Celestini:ad Nestorium con
stantinopolitanum ep̄m:ꝛ Nestorij ad Ce
lestinum:ꝛ eiusdem ad Theodosium de sy
nodo congreganda:ꝛ Cyrilli plures sunt
epistole ibi Nestorium redarguētes:ꝛ eius
dem Nestorij epistole ꝛ falsa dogmata. Et
ibi tradit dictam synodum.xi.kal. Augu
sti post consulatum Flauij Theodosij.xiii.

ꝛ Flauij Ualentiniani ter perpetuoꝝ Au
gustoꝝ celebratā fuisse in Ephesenoꝝ Me
tropoli ex decreto religiosissimoꝝ ꝛ chri
stianissimoꝝ Jmperatoꝝ:sedentibus in scā ec
clesia que vocat Maria reuerendissimis
ep̄is Cyrillo ꝛc. Pro sede apostolica ꝛ pro
Celestino memorato pontifice Archadio
quoqꝫ ꝛ ꝑiecto ep̄is:ꝛ Philippo p̄sbr̄o le
gatis consedentibus. Dānato igit ꝛ depo
sito Nestorio ꝛ iam fere dissoluta synodo.
Iteꝝ cōuenire coacta est. Nā Joānes An
tiochenus ep̄s:audita dānatiōe ꝛ deiectio
ne Nestorij:cui fauebat. Collectis q̄busdā
qui a Nestorio recesserāt numero fere.xxx.
nomen ep̄atuum h̄ntibus:quoꝝ quidam si
ne ciuitatibus erant:nonnulli vacantes ec
clesias occupauerāt. Alij pro acerbissimis
causis a suis Metropolitanis depositi fue
rant. Cum quibus ēt ꝛ Pellagiani ꝛ Cele
stiniani heretici conuenerant. Jn eadē vr
be Ephesina habito conuenticulo Cyrillus
Alexandrinum ꝛ Menonem Ephesenus
ep̄m deposuit:ꝛ anathematiçauit: vna cū
oī synodo Ephesina ꝑdicta. Positis in edi
to pu".libellis ꝛ edictis prescriptis: vnde
memorata synodus necessario iteꝝ conue
Tertia causa eē posset: vbi ecclia Ro. eēt pastore viduata et Cardinales oēs eēnt mortui: heretici, scismatici: vel alr̄ incapaces et inhabiles notorie: seu ēt qtenus habiles eēnt: conuenire vel concordare modo aliquo non possent in eligēdo papam vnicū: seu ēt vbi ples in discordia nulliter elegissent: vel vbi concilium papā papatu ꝑuasset: ac Cardinales oēs inhabiles iudicasset. Tunc. n. stante hac fluctuatione in ecclesia dei: concilium nisi cōgregatus eēt congregari posset et dēret ꝓ tali electiōe facienda: singula singulis congrue referēdo: pro quo facit tex. et que le. et no. in. c. si duo. lxxix. di. ibi sed illum in sede aplica pmansuꝝ censemus: quē ex numero clericoꝝ noua ordinatione. Diuinum iudicium et vniuersitatis consensus elegerit: per quem tex. iunctis his que no. in. c. in noīe dn̄i. xxiij. di. et in. c. ls. de vitanda. extra de elec. satis pꝫ qꝺ in istis dubijs arduis. Ubi de electiōe capitis ecclie: et aplici tractatur: conciliū hꝫ cognoscere et eligere maxime deficientibus Cardinalibus: imo ēt ipsis viuentibus: si in facto illius electiōis culpabiles fuissent: ꝓut ibi supponit. Quo casu ipsi Cardinales iudices eē non possent: q: in facto ꝓprio et in cā sua iudicarent: vt dicit glo. ibi. Ad que tm̄ videnda sunt que no. per doc. in. d. c. ls. Ubi sm Abb. panor. Hosti. refert du

as opiniones: q2 aliqui, dicunt: qd mortuis oibus Cardinalibus electio spectat ad clerum Ro. Alij vo dicunt, q ad conciliū generale spectat: put spectabat de iure antiq. lxxix. di. quasi per to. Dicit tñ ipse Hosti. q pª opinio est tutior: z 2ª est iustior: q2 difficile est congregare concilium. Si autē omnes sunt mortui pter duos: illi duo poterūt eligere: z vnus poterit eligere alterꝝ: dūmodo alter consentiat electioni sue. Qd si vnus solus remansisset: ille hēbit electionē: iuxta no. in. c. gratum. ex̄ de postul. pla. Ille tñ solus non posset eligere seipm: vt in. c. p vras. de iure patro. putat tñ idem Abb. qd iste solus noie totius collegij: qd in eo solo residet: poterit dare hāc ptātem eligendi alicui alteri: z ille tāq3 cōpromissarius poterit eligere illum solū: dūmodo cesset fraus z ambitio. De qbus ēt s. in alio pposito meminimus. In concilio aūt Basilieñ. vbi priuato Eugenio 4º per dcm̄ concilium, data fuit noua forma eligēdi pontificem maximum vacante papatu per priuationē. Nam statuto termino Cardinalibus sexaginta dierꝝ a die priuationis cōueniendi ad electionē: eisq3 absentibus citatis. Cum tūc vnus tm̄ cardinalis in loco concilij repiret. vz. Cardinalis Arelatensis: qui tunc concilio pñdebat decretū seruatumq3 fuit: qd tres electionarij ex oibus nationibus: qui eēnt viri pbi eligerent: z qd illi tres, duos: z triginta pres ex toto corpore concilij: assumi: z eligi deberent seipsis computatis: qui in Diaconatus saltem ordine eēnt constituti: quicq3 dictis triginta duobus secreto pelectis in generali cōgregatione publicari deberent pmisso grauissimo iureiurando: qd pter missa oi fraude z dolo eordē. xxxij. electionarios eligere z noiare tenerētur: qui xxxij. vna cum ipsis z dicto Cardinali: aliisq3 Cardinalibus durante dicto termino superuenietibus: cōclaue ad hoc more Romano apperatū ingredi. z summū pontificem sm̄ sci spūs inspirationē eligere deberent: quicq3 ille Pontifex hēretur: z tenerēt qui a duabus partibus triū partiū dictorꝝ electorꝝ electus fuisset: iniunctū tñ pceptūq3 fuit per conciliū eisdē electoribus qd in electiōe dictorꝝ. xxxij. hēretur respectus ad nationes. Ita qd si poie eēt oēs hērent portionem suā. Quare tres cōmissarij z electionarij pdicti epos duodecim: cōputato dcō Cardinali Arelatensi: que erat eps: Abbates. vij. Theologos. v. interluminatos. Ac doctores. ix. Quos oēs Eneas Siluius Picholominus: qui eidem cōcilio interfuit in libello hystorie dicti concilij noiatis citat: eosq3 septē diebus in cōclaui fuisse scribit. Et tandē Amadeū Sabaudie Ducē virum prestantissimum decanū: militis sci Mauritij de riperna Gebēneñ. Dioces. Celibes z religiosam vitam agentem elegisse: q Felix qntus: vt dicti concilij gesta attestantur modo pmisso electus cognominatusq3 fuit. Secus tñ eēt in casibus in qbus Cardinales repirentur in rerꝝ natura: alias habiles: q2 per hoc qd concilium congregaretur: et priuarent papam papatu: ipsi nihilominus priuati non eēnt ptāte eligendi alterꝝ Pontificem: etias qd aliquid cōmisissent contra id qd hr: extra de elec. cum in cunctis s3 gl. in. d. c. si duo. put vlt. loco fuit videre in cōcilio Constantiensi. Ubi Joannes. xxiij. z Bñdcūs. xiij. per concilium papatu priuati fuerunt: et per concilius terminatū fuit: qd Cardinales vtriusq3 obedientie cum nonnullis alijs platis et religiosis nationū ad electionē Martini. v. admitterentur. Ubi vero Cardinales nulli reperirentur vel si repirentur eēnt heretici et alias inhabiles: qd pinde eēt ac si nō repirent. ex̄ de trāsla. pla. c. inter corporalia cum si. Tunc dictis oibus casibus ad dcm̄ concilium talis electio spectaret: et rōnabilr qdem. ¶ Nā cōstat qd eo casu quo papa deponendus est a papatu pp heresim: quod nullus negat fieri posse. xl. di. si papa. cum concor. Collegiū Cardinalium non h3 hanc ptātem: sed huiusmodi ptās vt consentiunt oēs: ad cōcilium deuoluitur no. Archi. Jo. and. et alij in. c. in fidei de hereti. in. vi. et pbatur. xv. di. sicut in si. xvij. dist. § hinc ēt. ver. ad hec. serenissimus Rex. xix. di. anastasius. xxj. di. nunc aūt. ij. q. vij. § his ita rñdetur. vñ. ites symachus. et no. in. c. significasti. de elec. et alibi sepe. Qd ɔfirmari posset fundando se super psumptione iuris et de iure. ¶ Nas psumptio est in hoc qd vlis ecclia in spiritu scō congregata errare non pōt. xxiiij. q. i. a recta. et. c. pudēda. de quo per Jo. an. post Hosti. in. c. a nobis. ij. de sen. excom. et in. c. si. extra. de pscrip. Ergo cum papa solus et Cardinales errare possint: in hoc et i alijs arduis in qbus vsatur vlis status ecclesie vt pbat in. d. c. si papa. et in. d. c. anastasius. et in iuribus s. alleg. standū eēt determina-

tioni

tioni eoꝝ qui verisilr errare non possunt.
¶ Nec magis congrue fieri posse vr̄ Pon
tificis maximi electio dictis casibus q̄ꝫ a cō
cilio epoꝝ. Qui dnr̄ Pape fratres ꝛ coepi.
extra de cri. fal. c. q̄ꝫ graui. cum non sit repi
re maioris dignitatis viros i ecclia: Unde
idem papa se quoqꝫ epm noiat: vt no. in ꝓ
hemio Bonefaciano. De qbus loqtur fꝫ ve
rum intellectum. c. p venerabilē §. rōnibus.
qui. fil. sint legi. Hinc est ꝙ epi dnr̄ summi
sacerdotes. Colūne ecclie dei. Successores
Aploꝝ: Scissimi Legati ꝛ Coepi dnī Pa
pe. ij. q. vij. accusatio. xiiij. di. legimus. ꝛ i. c.
i. vsi. per frōtis crismationem. extra de sac.
vnctio. in cle. sigs suadente. vsi. nec sup hoc.
de pen. ꝛ alibi. Nam ꝛ a pncipio in primi-
tiua ecclesia. Ista electio pōtificis maximi,
que ab aplis cepit: qui Petrum eoꝝ princi
pem esse voluerunt: ꝫ pari consortio cū eo
honorē ꝛ ptātem acceperint: vt inquit tex.
in. c in nouo. xxi. di. ꝛ. xxiiij. q. i. loqtur. i pn.
Ista inq̄ꝫ eligendi potestas in epis vis apo
stoloꝝ successoribus remansisse vr̄: ꝫ postea
pp difficultatem forte congregandi epos ꝛ
concilium vel ex alia cā. Ad collegiū dnoꝝ
Cardinalium translata fuerit. Qui pp hu
iusmodi electionem multū decorati ꝛ dita
ti fuerunt. Et sic in possessione vel quasi eli
gendi efficacissi. remanserunt. xxiij. dist. In
noie dnī. in. c. vbi piculum. de elec. in. vj. ꝛ
in cle. ne romani. eo. ti. cum concor. Sed di
cto casu res de facili ad nām suā redire pos
set. l. di. ferrū. ꝛ ppea non est mirꝫ: si tunc cō
ciliū Papam eligere: ꝛ intronicare posset.
Pro qbus faciunt que legunt, ꝛ no. in. c. ꝫ
de vitanda, de elec. Ubi Abb. Pan. in. iiij.
col. vsi. Sed aduerte ad vnā notabilē obie-
ctionē ꝛc. Dicit ꝙ in concilio Pisis ꝛ Cō
stantie celebrato obijciebat Cardinalibus
ꝙ ad eos tunc non spectabat de electione
pape se intromittere. Qz illa iura que tri-
buunt Cardinalibus electionē pape: loquū
tur qn̄ ecclia Ro. vacat: Alr̄ q̄ꝫ per depōnē
seu priuationem factā per ꝯcilium, ꝛ sic vbi
vacat per mortem. Sed vbi papa a cōcilio
priuat, vel vbi concilium congregatum su-
per discordia duoꝝ electoꝝ declarat neutꝝ
ipsoꝝ esse papam. Tunc vt ibi dicebat ele-
ctio dꝫ spectare ad totum concilium. Qz iu-
ra antiq̄ vident hoc velle: vt in. d. c. si duo.
cum si. Que iura hoc casu non repiunt cor
recta. per iura noua: ergo ab eis non eēt re-
cedendum. Et subdit idē Abb. ꝙ ista obie

ctio sibi plꝫ in iure. Tn̄ in concilio Constā
tiensi pro euitanda discordia obtētum fuit
ꝙ concilium pro illa vice transferret ptātē
suam in collegium Cardinalium ꝛ q̄rūdā
alioꝝ ꝓlatoꝝ. Et ita Cardinales, tunc elege
runt ex ptāte ꝓpa ꝛ concilij: que diligenter
dicit eē notanda. Sed vt s. dixi ex libello ꝛ
gestis eiusdem concilij Constantien. cōstat
in sessione. xl. eiusdem cōcilij decretū qoddā
emanasse, in quo statutus fuit de spāli ꝛ ex-
presso ꝯsensu ꝛ voluntate Cardinaliū san-
cte Ro. ecclie: ꝙ pro illa vice ad electionem
Ro. pontificis, sex ꝓlati vel alie honorabi-
les psone ecclastice in sacris cōstitute de q̄
libet natione in eadē synodo ꝓ tunc exn̄te.
Quas q̄libet ex ipsis natiōibus. i. decē dies
duceret eligendas: ipsis Cardinalibus ad-
iūgerent. Quibus oibus eadē synodus po
testatem tribuit Ro. pontificē eligendi: sta-
tuendo ꝙ ille sex psone nationum ingrede
rent ꝯclaue cum ipsis Cardinalibus. Et ꝙ
ille qui ex dictis Cardinalibus ꝛ ꝓlatis ad
iunctis hēret duas partes triū ptiū: siue p
primaria vota, siue p accessum: eēt, hēret ꝛ
teneret pro vo Ro. pontifice: ꝛ non alr̄, in
qua electiōe creatus fuit Martinus qntus:
vt s. dixi. Prefatū aūt decretū incipit. Ad
laudē, gl'iam ꝛ honorē. Qd multū facit ad
ea q̄ s. dixi. Adde ꝙ idē accidit dclaratūqꝫ
fuit i cōcilio Basilieñ ꝓuato Eugenio 4o ꝓ
ut s. dcm̄ extitit in vsi. ꝛ in ꝯcilio Basilieñ.
Et attestāt gesta eiusdē ꝯcilij sessione. xlvij.
Que celebrata fuit anno a Natiuitate dnī.
Mccccxxxix. Decernendo ꝙ non obstanti-
bus qbuscunqꝫ Decretis concilioꝝ vel pōti
ficum ꝓteritoꝝ. Pro tunc electio Pontifi-
cis Romani in loco concilij ꝛ non alibi fie
ret. Irritando quācunqꝫ aliā electionē: que
etiāꝫ p Cardinales fieri contingeret, decer
nendo, ꝙ triginta duo ꝓlati vna cum Car
dinale Arelatensi. Qui tunc solus erat in
concilio: ingrederent conclaue ꝛ eandē po-
testatem eligendi Papā hērent pro illa vi-
ce, quā habuit, ꝛ hꝫ vniuersus collegiū dno-
rū Cardinaliū. ¶ Est tn̄ aduertendum. ꝙ
ꝫ in electionibus alioꝝ ꝓlatoꝝ electio iam
facta per accessum votoꝝ corroborari non
possit: put fm Abb. Pa. vbi s. no. in. c. au-
ditis. in. c. qd sic. ꝛ in. c. ecclia. el. ij. ex̄ de ele.
Tn̄ secus est in electione Ro. pontificis, qꝛ
ꝫ electus debeat hēre duas partes eligētiū
alias non valet electio: per iura s. circa ele-
ctionē pape alle. Attn̄ si vnus electus eēt a

maiore parte Cardinalium: z alij postea ad illius electionem accederent. Ita q̄ iste talis cōputatis illis qui accesserunt hēret duas partes trium partium: ille remaneret verus pontifex: z diceret̄ canonice electus: lz a pn° non habuisset tot vota que sufficerēt. De q̄ est tex. z ibi no. in. d. c. lz. de ele. Et hec quidem pro ista tertia cā dicta sufficiant.

¶ Ecclesie vniuersalis status.

Quarta causa gñalis eē vz: vbicunq̧ negocium aliqd̄ arduū: z per Papā inextricabile imminet ecclie vel fidei catholice ex quo xp̄iani scādaliçant̄: conturbant̄: z vlis status ecclesie decoloraт̄: z in deteriora quotidie p̄labit̄: ex quo piculum iminet: ne ecclia ipsa periclitet̄. Tūc etenim si hoc ex facto pape: vel notorio delicto eiusdē: vel alterius cuiuscunq̧ principis: seu vniuersitatis aut alterius xp̄iani ꝯtingeret: seu vt vno verbo hoc dicamus, vbi ecclia ipsa tam in capite q̄ȝ in mēbris reformāda foret. Iuxta determinationē z ea que: leg. z no. de accu. in. c. sicut. cum si. Nam cē studiū legislatoris est vt hoīes bene viuant, in auc. vt non luxur. contra. natu. colla. vj. in prin. vt suas aīas non pdant. eo. ti. §. pp. Et ideo iura semper hoīes ad bona facienda z mala euitāda inuitant z delicta z mala execrant̄. C. de nup. l. impial. z hr̄ in oībus fere ꝺcretis ꝯciliorꝫ: de qbus s̄. ordine alphabetico meminimus. z de vita z hone. cle. de accusat. z de pen. p to. z alibi in toto corpore vtriusq̧ iuris sepissime: vnde si Papa pmonitus vt ecclias hanc militantem tam in capite q̄ȝ in membris reformar̄, vt huic errori obuiare illdq̧ tollere de ecclia p̄curet. Et q̄tenus ipse solus hoc non possit, q̄ concilium vlē cōgregare velit, vel si ipse papa notorie incorrigibilr̄ peccaret: pp qd̄ ecclia scandaliçat̄ z cōfundit̄, z ipse pmonitus vt se corrigeret, z eccliam stabiliret: si hoc facere recusaret: vel negligeret, obstinate z ptinaciter in malo suo p̄posito pseuerando: z multos malis suis exemplis secum in pditionem trahendo. Tunc papa ipse accusari de hoc: z ppea conciliū congregari posset, ordine de quo s̄. diximus seruato: iuxta intentionem glo. et scribentiū in solēni z sepius alle. c. si papa. xl. di. quas qdem glo. quo ad hoc ibi scribētes tenent z sequunt̄. Et Abb. Panor. in. c. significasti. de elec. in. ij. col. in vsi. Item dic q̄ in concernentibus vlēm statum ecclie dicit eam eē singularē z perpetuo notandā: q̧ tenet̄ per oēs. z in q̄ōne per eum disputata: que incipit eps̄ z qdā rector: in finalibus verbis scdi dubij dicit idem. vz. qd̄ illa gl. est singularis z qd̄ totus mundus eam approbat. Que glo. in p̄posito nr̄o, dicit qd̄ si crimen pape est notorium. Puta per eius confessionem vel per facti euidentiam constat de crimine symonie vel adulterij ipsius. Et cum admonet̄ incorrigibilis esset, z ecclia per factum eius scandaliçaret̄ qd̄ ex quocunq̧ eius crimine notorio: per qd̄ ecclesia scādaliçat̄: accusari poterit, lz in textu ibi spālr̄ fiat mentio de heresi. Ex qbus colligit z cōcludit̄ qd̄ si ecclia vlis z oēs clici z layci tā maiores q̄ȝ minores icōcernētibus fidem catholicā adeo eēnt deformati z p̄plapsi in eorꝫ vita z moribus: vt potius paganorꝫ q̄ȝ chrīanorꝫ more viuerent, vlēmq̧ ecclesie et fidei statū scandaliçarent: z ꝯfunderent. Ac Clemētissimi dn̄i dei nr̄i suis notoris delictis indignationē p̄uocarent. Et Papa (ad quē primitus z principalr̄ spectat z ptinet deformatā fidem et ecclias reformare) pmissas deformitates nihil curaret: sed cum alijs se dictis criminibus iuolueret: z ouium sibi a Xp̄o iesu dn̄o nr̄o creditarꝫ z cōmendatarꝫ: vt eas verbo pariter et exemplo pasceret, officij sui imemor tāq̧ si sine pastore eēnt, errare et a lupis mactari, ac per deuia queq̧ deduci pmitteret, tūc p̄culdubio concilium papā ipm tanq̄ȝ defidē et a fide deuium corrigere p̄ vli reformatione ecclie in capite et in mēbris fiēda admonere, conuenireq̧ posset: nec ipse tam scm̄ laudabile et necessariū reformationis vlis opus: quo qūo directe vel indirecte retractare vel ipedire posset: put s̄. quoq̧ dictum et ostensus fuit. Ad hoc bene facit: q̧ in concernentibus vlēm statum ecclie. Papa non pōt ex p̄se disponere contra statuta concilij in his maxime in qbus statuendo ꝯrium decoloraret̄ status ecclie, vt etiā igt Abb. Pa. vbi s̄. per tex. et no. in. c. et si illa. i. q. vij. Quo qdem casu intelligit oēs illas glo. que vident̄ velle qd̄ Papa non possit disponere contra vlēm statuȝ ecclie, vt no. in. c. lr̄as. de resti. spo. et qd̄ voluit Inno. in. c. q̄ȝto. de consue. vbi dixit qd̄ Papa nō est permittendus venire contra gñalem statū

ecclesie

ecclesie sine cã rõnabili z alijs nota. Qđ si
non põt hoc expsse ergo nec tacite:cum taci
ti z expssi idem sit iudicium:no.in.c. cũ in.
de consti.in.c.ij.de rescrip.cum si.Rõ autẽ
pmissoꝝ esse põt. Qꝛ notorie z incorrigibi-
liter peccando seu alios xpianos peccare p-
mittendo cum resistere posset:z eos in viã
fidei conuertere z confirmare iuxta verbus
dñi Matth.z Luc.xxij.c.z tu aliquãdo cõ-
uersus cõfirma fratres tuos. Tacite statue
re z approbare vr̃ delictum illud in quo in
uolutus existit:z alios passim z impune er
rare pmittit non esse pctm̃:z sic dogmati-
zando contumaciter in eo pseuerans here-
ticus fieri:vnde ex hoc: dixit glo. illa.in.d.
c.si papa: ꝙ talis contumax dr̃ hereticus.
lxxxj.di.siqs p̃sbr.z contumax icorrigibilr
delinquendo dr̃ infidelis.xxxviij.di.nullus.
Qđ vero intelligit Dñicus vbi.s.qñ contu-
macia iduceret scisma in ecclia vel qñ xpia
nus aliqs alr peccando esset ↄtumax cõtra
Ro.pontificem: vtputa dicendo ipm non
hẽre ptãtes sup oẽs.lxxxj.di.siqs p̃sbr.z.vij.
q.i.deniqꝫ.no.Archi.xix.di.nulli phas. z ẽ
tex.xxij.di.oĩs. Item vt inqt ides Dñicus:
qui cum rebellione z obstinatione viuit in
delictis:perseuerãdo in eis z recusando bo
na agere,z se nolendo corrigere,tuncpotest
dici hereticus:vt vult illa glo.no. ꝑ qua est
tex.in.c.si.xxviij.di. pro qbus oĩbus facit ẽt
tex.xj.q.iij.rursus.z.c.seq. Ubi dr̃ ꝙ excõi-
cati negligentes cãm suam.s.annũ declara-
ri facere z se tueri sibi ipsis audientie z iu-
stitie aditum denegant. Nam z clericus in
famatus tñ de aliquo crimĩe:si citatus vel
monitus se purgare negligit aut ↄtẽnit:iu-
ris interp̃tatione ꝑ ↄuicto hr̃.xxiiij.q.iij.ꝺ
illicita.z facit tex.in.c.cum ↄtumacia.de he
reti.lib.vj.vbi statuit ꝙ excõicatus eo qꝛ ci
tatus vel monitus vt rñderet de fide: z se
tanq̃ꝫ suspectum purgaret:si per annum in
excõicatione contumaciter z ptinaciter pse
uerat:ex tunc velut hereticus ↄdẽnari ds.
Per que iura satis ps:qđ dõm sit i casibus
supzascriptis. Qñ.s.vel Papa:vel alij xpia-
ni notorie peccant:z in eoꝝ delictis incor-
rigibilr pseuerant:cum vli scandalo z ptur
batiõe totius ecclie. Idẽ quoqꝫ dici posset,
vbi inter p̃ncipes:vniuersitates:z alios xpi
colas:bella seditiones: z pniciose discordie
vigerent cum sanguinis humani ꝑfusione.
Prout proh dolor tpibus nr̃is vidimus:z
quotidie incessanter cernimus: qꝛ cum ad

ecclesiam potissimum spectet pacem illam
quam xps aplis:de hoc mundo trãsiturus
reliquit:vt inqt Jo.xiiij.Pacem meã relin
quo vobis zc. tractare ꝓcurare cõponere:
z vnicuiqꝫ xpiano reddere. Ideo conciliũ
vna cũ papa qui ecclìam vlem repñtat: ad
pacem ipsam ↄseruandam z bella remouẽ
da laborare debent:de treu. z pa.c.i.xxiiij.
q.iij.siquis romipetas.z.c.seq. de iudi.c.no
uit.xcvij.di.ecclie.cum concor. Non mirũ si
dr̃ ꝙ qñ papa vel non põt:vel non curat tã
grauia:horrenda:z intollerabilia bella: tan
tasue xpianoꝝ discordias sedare. Conciliũ
pp hoc congregari poterit:z ecclìam ipsam
in capite:et in mẽbris reformare:ac qđ suũ
fuerit cuicunqꝫ reddere. Uarijs.n.modis
ecclia peccãtes in fratres suos corrigere te-
net:et in viã salutꝫ et iustitie dirigere.xxiij.
q.v.quis.n.nr̃m.et.d.c. nouit.xxiiij.q.i.qui
contra ecclie pacem.et.c.non afferamus.et
xxiij.q.i.noli.z qñ per to. ¶ Nam non mõ
Papa et concilium rõne pctĩ.d.c.nouit.de
iudi.sed qlibet iudex ptes discordantes ad
pacem et concordiã cõpellere põt.xc.di. stu-
deñ.c.siquis contristatus.c. discordantes.et
qñ p to.no.Hosti.i sum.de treu.et pa.§.si.et
Bar.in.l.ↄgruit.ff.de offi.p̃si. et alibi sepe.

¶ Symonia.

Ex his autẽ et ex v̓bis dicte
glo.in alleg.c.si papa. Qui-
dam qntant cãm deducere
voluerũt. Quãq̃ꝫ nõ possit
dici gñalis:sed potius sub-
alterna:ex qua concilium conuocari possit.
vꝫ.cum papa symoniacus esset: nam is sub
aliaꝝ gñalitate concludi possit. Tñ qꝛ mate
ria curiosa ẽ:et quotidie in curia Ro. et ali
bi de hoc hesitat:forte non erit incongruũ
de hoc aliquid hic attingere: et videre nun
quid papa de symonia accusari:et nũqd pp
hoc concilium conuocari:ipseqꝫ papatu pri
uari possit. Et q̃uis magri prurientes auri
bus:statim et gñalr. Negatiuam astruere:
ac ptinaciter disputare consueuerint:asserẽ
do ꝙ in papas nec in curiã eius.cadere põt
symonia. Cum iure positiuo sit ꝓhibita:et
papa legibus suis solutus sit : et a nemine
iudicet.ix.q.iij.cuncta per mundũ.c.nemo.
et.c.alioꝝ.cũ si. Et cum ipse papa de oĩbus
ecclesijs et bonis ecclìasticis libere et ipune
dispõere possit.xij.di.oĩs.de p̃bẽ.c.ij.li.vj.

Ergo vř ꝙ pro arbitrio eccleſias dare:pro
ipſis pecunias exigere ⁊ eas grauare poſſit
de cenſi.c.cum apl̄s.verſi.ſubſtinemus. Qḋ
approbare vř gl.in.c.ſiqs pecunia. lxxix.di.
Item q꞉ ambitus qui idem ſonare vř: qḋ
ſymonia.non h꞉ locum in principe: vel in
eius curia.l.i.ff.ad leg.iul.de ambitu. no.in
.c.pſbr.lxxxij.di.vbi glo.in ver.denarium.
⁊.i.q.vj.c.ſi.cum ſi. ¶ Attamen q꞉ Papa-
lis dignitas atq꞉ poteſtas a dño Deo eſt: ⁊
Petrus btiſſimus apl̄s: eiuſq꞉ ſucceſſores
Jeſu chri redēptoris nři locum in terris te-
nēt.c.pro humani.de homici.li.vj. vbi Jo.
an.poſt Hoſti.per illum tex.dū dicit ꝙ ois
ptās a dño tribuit. Juxta illud. Jo.xix. Nō
hēres in me ptātem vllam niſi tibi datus
eſſet deſup ⁊.xj.q.iij.qui reſiſtit:dř qḋ q re-
ſiſtit poteſtati dei ordinationi reſiſtit: ingt
eps Hoſti. Jo.and. ⁊ Gemi.poſt eos. Ibi:
hinc eſt ꝙ dignitas papalis per pecuniā ac-
quiri non pōt:cum a deo concedat:⁊ qui ꝑ
papatu vel impio pecuniā dat iniuſte agit:
⁊ incidit in.l.iuliam de ambitu. Nec ob.ꝑ-
alle.l.i.ꝑ. Rñ.ff.de ambi.dū dić ꝙ.l.ipſa nō
h꞉ locum in ciuitate Romana: ⁊ ſic in pn-
cipe.q꞉ illud intelligit:quo ad principē iam
electum canonice:q ſup oēs eſt.extra de ele.
l꞉.q꞉ eſt tunc legibus ſuis ſolutus : vnde qḋ
ei pl꞉ diſponere pōt.ff.de legi. princ.ix.q.iij.
cuncta per mundū.⁊.c. per principalē. De
quo no.plene in.c.ꝓpoſuit de concer.pben.
Mais dicat idem Hoſti. ꝙ nec accuſat nec
excuſat aliquos:quo ad ſpūales iuriſdictio-
nem,quo ad tpalem aūt dicunt doc.ꝙ pu-
blica oblatio facta ab eo qui ꝓdeſſe appetit
non ꝑeſſe admittit: ſed clandeſtine facta re
probat.ff.de polli.l.i.⁊.ij.ff.de admi. tut.nō
exiſtimo.viij.q.i.qui epatus. Unde pmiſſis
non obſtantibus: ſi veritates indagare l꞉ ⁊
ꝓ ſinceritate ac fauore fidei catholice q̄ ſen
timus in mediū ꝓferre poſſumus: vt deo
magis q̄ꝫ hominibus placeamus. Cu꞉ xp̄s
ſe veritatem ⁊ mundi lucem eſſe atteſtet:
heſitationem hāc biſariam diuidendā. Et
de hoc articulo tam actiue q̄ꝫ paſſiue q̄ren
dum exiſtimamus.

¶ Primo quid dicendum quando Papa
ſymoniace ad papatum promotus fuit.

¶ Secundo quando poſt eius ꝓmotionē
dignitates officia:⁊ beneficia eccleſiaſtica
ſymoniace concedit.

¶ Quo ad primū omiſſis ſupfluis.vř tex.
in hoc multum notabilis in.c.in noie dñi.
xxiij.diſt.vbi dř ꝙ pura: ſincera ⁊ gratuita
d꞉ eſſe pontificis maximi electio. Et.l.dř ꝙ
ſiqs contra dcm̄ decretum electus ⁊ intro-
nizatus fuerit:ꝙ auctoritate diuina ⁊ ſcōꝝ
aploꝝ Petri ⁊ Pauli ꝑpetuo anathemate
cum ſuis auctoribus: fautoribus ⁊ ſequaci-
bus a liminibus ſcē dei eccleſie ſeparatus
abijciat. Sicut Antixp̄s ⁊ inuaſor ⁊ deſtru
ctor totius xp̄ianitatis,⁊ ꝙ nulla ſup hoc ei
audientia reſeruet:ſ꞉ ab oī eccleſiaſtico gra
du deponat. Et eſt clarior tex.lxxix. di.in.c.
ſi quis pecunia:vbi ad lřas dř: ſiqs pecunia
vel gřa humana:aut ꝑplari ſeu militari tu-
multu:ſine ꝯcordi ⁊ canonica electiōe Car-
dinaliū ⁊ ſeq̄ntium religioſoꝝ clicoꝝ fuerit
aplice ſedi itronizatus: nō aplicus ſed apo
ſtaticus hēat. Liceatq꞉ Cardinalibus ⁊ ali-
is clericis deū timētibus ⁊ laycis inuaſorē
illū anathematizare:⁊ humano auxilio a ſe
de aplica pellere. ¶ Pro qbus glo.in.d.c.ſi
quis pecunia : arguendo rōnem aſſignare
vř:q꞉ ſymonia dř hereſis.i.q.i.eos qui. ⁊.c.
fert ⁊ melius.xxiij.di.d.c.in noie dñi. ibi:
quot deniq꞉ per ſymoniace hereſis trapezi
tas:repetitis malleis: crebriſq꞉ tōſionibus
ſubiacuit ⁊c. Cui tm̄ opi.non conſentit gl.
in.d.c.ſiqs pecunia. Nam declarando tex.
ibi dicit illum intelligi ⁊ loqui:de eo qui ꝑ
ſymoniam electus fuit ab illis qui ptātem
non habebant eligendi:non aūt de electo a
Cardinalibus per ſymoniam. Et ad id qḋ
dř:ꝙ ſymōia dř hereſis. Rñd. ꝙ ſymonia
dř hereſis large. Non ſm ꝙ papa vel alius
de hereſi pōt accuſari. Cum.ſ.errat in arti-
culis fidei:ac ſi diceret ꝙ l꞉ papa pro crimi
ne hřſis tm̄modo accuſari ⁊ deponi poſſit.
xl.di.ſi papa.ꝓut.ſ.dixi in illo artiᵒ. Qñ pa
pa eſt hereticus. Tñ illud h꞉ locum in here
ſi ſtricte intellecta: qñ.ſ.errat in articulis fi
dei tm̄. Non aūt hoc intelligi pōt de hereſi
late ſumpto vocabulo:quam gl. doc.ibi vt
plurimum ſequunt. Et dixit gl.in.c.i.lxxix.
di.ꝙ ſi papa electus eſt a duabus partibus
Cardinaliu꞉ ꝙ nulla a modo admittet ex-
ceptio contra ipm̄ de vitio eligentium vel
electi:q꞉ vt ingt ipſa:non eſſet coram quo iu-
dice exceptiones ille ꝓponerent. Uñ iquit
ſi tertia pars Cardinaliu꞉ vellet ꝓbare ele
ctionem eſſe ſymoniacam non audiret: vt
extra de elec.l꞉. Ubi dř ꝙ ille ab vīi eccleſia
habeat Pontifex Ro.abſq꞉ exceptione ali-
qua. Qui a duabus partibus Cardinaliu꞉
fuerit electus ⁊ receptus. Peccant tm̄ vt di
cit glo.

cit gl. ꝑdcã qui talr papam eligũt: ex qbus: coniungendo hec cum illis que.s. dicta fuerunt in ꝑn°: ꝛ cum. d. c. si papa. xl. di. vbi dr̃ ꝙ pape culpas redarguere ꝓsumit mortalium nullus: qꝛ cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus: nisi deꝓhendaꝛ a fide deuius. Uidereꝛ concludi ꝓmissis non obstãtibus: qȯ papa pro nullo alio crimie: vel delicto suo q̃tũcũqꝫ gũi ꝛ notorio accusari ꝛ depõi possit, q̃ꝫ ꝓ vera ꝛ stricta heresi. ¶ Sed qꝛquid arguendo dicaꝛ. Cõtrarias sententiam sequi ꝛ cõiter approbare videntur doc. in locis ꝓallegatis: iũctis maxime his de qbus. s. vs. qȯ imo papa ꝯcorditer a Cardinalibus symoniace electus: apostaticus dici debeat. Et qȯ ꝓpea in concilio accusari: ꝛ ꝓꝓ hmõi crimen ab ipso concilio deponi possit. Non obstante qȯ dicaꝛ titulum de symonia non hr̃e locus in papa nec in eius curia. Et pro euidentiali ꝓmissorum ꝛ. s. dicẽdoꝝ. Ego mihi in facto ꝓmitto: qȯ ille qui ad papatum symoniace eligiꝛ: añq̃ꝫ eligaꝛ est Cardinalis: vel ꝓlatus inferior: qui non minus subiacet dispõni iuris positiui q̃ꝫ iuris nãlis ꝛ diuini: nec hmõi tractatus de papa symoniace eligendo: fieri solet, vel supponiꝛ: posteaq̃ꝫ quis in papã iaꝫ electus vel introniꝫatus fuit: qꝛ tunc papa nihil daret: quo supposito vr̃ dicendum ꝙ tam eligendus q̃ꝫ eligentes symoniaci sint: siue hoc dicatur ꝓhibitum qꝛ symoniacus: siue dicaꝛ symoniacum qꝛ ꝓhibitũ. Iuxta determinationem gl. ꝛ doc. in. c. ex parte de offi. dele. et alibi. Nec ob. l. i. ꝑ rñ. ff. de ambi. dum dicit. l. ambitus. et sic symoniã locus non hr̃e in ciuitate Romana: et sic in papa qꝛ vt. s. dixi fm hosti et doc. in. c. i. de homi ci. in. vi. illud intelligitur quo ad papã vel principes iam canonice electũ: quod aũt dicto casu cõmittatur symõia per talr ꝓmonendum ad papatũ ex diffinitione vocabuli satis pꝫ: qꝛ fm Damasce. et alios doc. antiquos: de quibus meminit hosti. in sum. in ti. de symo. in ꝑn°: Symonia nihil aliud est q̃ꝫ studiosa voluntas siue cupiditas emendi vel vendendi spũalia vel spũalibus annexa: aut sicut idem hosti. plenius ingt: symonia est spũaliuꝫ vel annexoꝝ spũalibus, ꝓcedente pacto: ꝓmissionis, ꝯditionis: modi, seruicij: precuꝫ: vel cuiusuis tpalitatis receptio siue donatio. Ex qua late pꝫ ꝙ oĩs cõditio: oĩs ꝓmissio: oẽ pactum tpalis cõmodi ꝓcedens inducit symoniam: vt ibi declaratur per eum. Et hr̃ de reꝝ ꝑmu. quesitum. de pac. c. pactiones. i. q. ij. q̃ꝫ pio. et extra de symo. per to. lꝫ forte secus dici posset: vbi ex post facto: cessante oĩ ꝯdõne et deprauata intentione aliquid gratis donatur. de symo. tua nos. Quedam. n. inhoneste petuntur: que si sponte offerantur honeste accipi pñt. extra eo. dilectus filius. in si. x. q. iij. priscis. xij. q. i. ecclesiasticaꝝ. xviij. di. de eulogijs. ff. de varijs ꝛ extraor. cogni. l. i. vñ. est qdẽ res scissima. Quã qdem diffinitiõem ꝛ diuus Thomas 2ª scdꝫ. q. c. arti. ꝑ. comprobat. sed nihil magis spũale iueniri põt, q̃ꝫ ipse spũs scũs: a quo spũalia cũcta denoĩanꝛ ꝯstituũtur: ꝛ ꝑmanent. Uendere aũt papatum: est spũs sci grãm ꝛ ministerium qȯ per Papã dispẽsaꝛ: ꝛ inter xpi fideles distribui ꝛ elargiri ꝯ: ꝓcio vel humana grã interueniente per sordes vẽdere. Ergo nihil magis symoniacum |hereticum| ꝛ abhominabile| ac detestandum dici põt: q̃ꝫ aplicam: imo xpi auctoritatem vendere ac mercari. Qꝛ vt ingt Thomas: vbi. s. hmõi emptio ꝛ venditio de rebus spũalibus triplici rõe est illicita. Primo qꝛ res spũalis non põt aliquo terreno ꝓcio compensari: vt de sapientia dr̃. prouerbioꝝ. iij. Preciosior est cunctis opibus: ꝛ oĩa que desyderanꝛ non pñt huic comparari. Scdo qꝛ qui non est rei quã vendit dñs: illam vendere non põt: sed ꝓlati vel Cardinales nõ sunt dñi spũs sci: vel reꝝ spũaliũ: sed magis sunt ministri vel dispensatores eaꝝ: fm illud. ꝑ ad Corinth. iiij. sic nos existimet hõ vt ministros xpi ꝛ dispensatores ministerioꝝ dei. Tertio qꝛ venditio repugnat spũalium origini, que ex gratuita volũtate dei ꝓueniunt. Iuxta illud Matthei. x. gratis accepistis: gratis date. Qȯ aũt vẽdere papatum a xp̃o auctoritatem ꝛ ptãtem virtutis spũs sci: sit diuina lege ꝓhibitus qꝛ symoniacus clare ꝓbaꝛ in radice huius detestande prauitatis. Exẽplo Symonis magi: actuum. viij. c. i. vbi hr̃: ꝙ cum idem Symon a btõ Petro aplo grãm spũs sci pecunia emere voluisset: vt curare posset infirmos: queadmodũ faciebat idem Petrus ꝛ alij apli: non qdem gratis sicut illi faciebãt: sed pecunia mediante: vt ex hoc plus lucrareꝛ, q̃ꝫ expendisset. Merito audiuit ab ipso aplo. Pecunia tua tecum sit in ꝑditionem: qꝛ existimasti donum dei pecunia possideri: donum qppe dei est: ipse spũs scũs. i. q. iij. saluator. ꝛ ea. cã. q. i. petrus ꝛ alibi. Et ꝙ in

electione Pape vel ꝑlati: si per sordes fiat:
cadat symonia: cuꝫ pecunia vel tpale aliqd
datur pro ipsa: vel vt electionis priuilegio
subscribat:seu vt electioni non resistat: pro
bat.i.q.i.qui studet.z.c.i.z.c.ꝑsbr.qui ē tex.
Grego.in Registro vbi dr̄ ad lrām. Quia
altare z decimas: z spm̄ scm̄ emere vel ven
dere symoniacam heresim esse nullus fide
lium ignorat.Et seqtur Bn̄dictio illi i ma
ledictionem ꝯuertit.Qui ad hoc vt fiat he
reticus ꝓmouetur. Qd̄ qdem apertissime
declarat Ambrosius in pastorali:qd̄ hr̄ i.c.
repiuntur.ea.cā.z.q.vbi dr̄. Repiuntur ꝑsi
mi negociatiōe muneris mercari velle gra
tiam spūs sci.Dum illi ꝑciū donant:vt pō
tificalis ordinis sublimitatem accipiāt oblí
ti verboꝝ Petri qui dixit ad Symonem.
Pecunia tua tecum sit in ꝑditionem:q꞉ exi
stimasti pecunia donum Dei possidere:z.I.
quicunqꝫ deinceps pro accipiēda diuini di
gnitate doni qd̄libet ꝑmium detectus fue
rit obtulisse: ex eodem tpe se nouerit ana
thematis opprobrio ꝯdēnatum:z.I.z susce
pto honoris gradu priuetur:z in monaste
rio sub ꝑenni pn̄ia retrudatur zc. Qd̄ etiā
approbatur in.c.nobis. extra de symo.no.
i.q.i.placuit.z alibi sepissime. Per que oīa
pꝫ q꞉ ille Cardinalis vel ꝑlatus: qui talr̄ ad
papatum per symoniacam prauitatem eli
gitur excōicatus existit. Et q꞉ talis electio
nulla sit. Ipseqꝫ tanq̄ꝫ hereticus z apostati
cuꝫ de sede beati Petri deiici z deturbari
dēat:put dicit tex.in.d.c.siqꝫ pecunia.lxxix.
di. Pro cuius qdem dicti cōfirmatione ad
duco Decretum Martini quinti in conci
lio Constantiensi ꝓmulgatum in sessione.
xliij.incipit. Multe contra symoniacā pra
uitatem zc. Ubi sacro illo cōcilio approbā
te,statuit atqꝫ decreuit:q꞉ electiones z alie
ꝓuisiones symoniace facte nulle essent ipso
iure. Nullumqꝫ per illas cuiq̄ꝫ ius attribue
retur:z q꞉ ꝓmoti vel confirmati non face
rent fructus suos: statuendo ēt q꞉ dantes
vel recipientes:ipso facto:sententiam excōi
cationis incurrerent: etiaꝫ si pontificali aut
Cardinalatus prefulgerent dignitate zc.
¶ Ex his igitur pꝫ:q꞉ concilium congrega
ri poterit contra papam talr̄ electum. Nō
obstante illa rōe dicti.c.siquis pecunia. z.c.
lꝫ de elec.q꞉.s.hmōi exceptiones ideo oppo
ni non possint contra papam: eo q꞉ in ter
ris non habeat iudicem coram quo ꝓponi
z ꝓbari possint. Q꞉ ista rō potius facit ꝓ:

si bene consyderetur. Cōsyderatis his que
supradicta fuere: Nam si debitur:q꞉ Papa
habeat iudicem in aliqbus causis: non ne
gatur ḡ quin de his corā eo accusari possit.
¶ Sed supra z.I.satis clare ostensuꝫ est:qd̄
concilium in cā heresis . Et in oībus aliis
causis in qbus ipse incorrigibilr̄ z notorie
delinquendo vlis ecclesie status ꝑturbaret:
eius esse iudicē. Ergo non minus eius erit
iudex in ista cā: que tā grauis: tam ardua:
tam scandolosa:periculosa z intollerabilis
existit: Juxta no.in.d.c.si papa.z eius glo.z
in.c.in fidei.de hereti.in.vi. Et eo maxime
q꞉ symonia hoc casu stricte et ꝓꝑe dici pōt
heresis:et Idoloꝝ seruitus. Cum hmōi sy
moniaci fateri et credere videantur cū Sy
mone mago:qd̄ grā spūs sci et donum Dei
ꝑcio acquiri possit:put sentire vr̄ Inno.in
.c.quotiens.de symo.per illum tex.ad qd̄ fa
cit qd̄ voluit diuus Tho. 2ª scdē.q.c.arti.i.
Ubi dicit qd̄ sicut religio consistit in qua
dam fidei ꝓtestatione. Quam tn̄ aliqn̄ ali
quis non hꝫ in corde. Ita ēt vitia opposita
religioni habent q̄ꝫdam ꝓtestationem infi
delitatis:lꝫ qn̄qꝫ non sit infidelitas in men
te:Scdm̄ hoc ergo symonia dr̄ heresis fm̄
exteriorem ꝓtestationem. Q꞉ in hoc qd̄ ali
qui vendere vel emere se credunt donū spi
ritus sci:quodāmodo ꝓtestari videntur:se
esse:vel fieri posse dn̄os eiusdem spūalis et
diuini doni:qd̄ est hereticum. Cum igitur
emptores papatus, episcopatus: vel alioꝝ
beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ administrationes
et clauium ꝑtātem hn̄tium:ius vel titulum
aliquem canonicum non acqrant. Sed ꝓ
bato crimine vel eo notorio existente: statiꝫ
ab illis deiiciēdi sint. Juxta determinatio
nem concilij Calcedoneñ.i.q.i.siquis eꝑs.et
q.iij.ex multis.§.conciliū Calcedoneñ. Ubi
dr̄ Calcedonense nāqꝫ concilium vnum ex
principalibus sili pena condēnat eos: q ec
clesie bn̄ficium interuentu pecunie acqrūt:
et eos qui sacram manuū impositionem: ꝑ
quam spūs scūs confertur:mercari digno
scūtur: vtrosqꝫ.n.auctoritate iexpugnabili:
illos a beneficio: istos a sacro ordine iubet
expelli:et.I. Unde humani generis Redem
ptor oēs ementes et vendentes de tēplo eiij
ciens cathedras vendentium colūbas euer
tit: Nūmulerioꝝ es effudit ex prīs auctori
tate dicens. Nolite facere domuꝫ prīs mei
domum negociationis. Et paulo post subij
cit tex. qd̄ sicut per columbaꝝ venditores
designantur

designant illi: qui sacram manuum ipositionem vendere conant. Sic per nummularios ecclesiastici beneficij venditores denotant. Per qd ps q xps tam ementes q̄ vendentes de templo eijci iussit. Qd multum facit ad xclones de qua.s. Et ad ondēdū q iussu z auctoritate diuina symonia phibita fuerit. Etiam ex pagina vtriusqz testamenti: est bonus tex.in.c.qui studet.ij.q.i. Ubi hoc multiplr pbat: vnde dixit glo. qd modo.s. dicebamus: q.s.acquirēs bñficium symoniace: nullum acqrit titulum: sed apostaticus z intrusus est: extra de renun. in.c.nisi cum pdem.in ver.dūtaxat. ¶ Que glo.dicit: q Tācre. z Jo.asserunt: q symoniacus z intrusus non hñt titulum: sed fures z inuasores sunt.i.q.i.ordinationes. z.ix.q.i.ordinationes. Et ideo q̄to plus rē tenent: tāto plus peccant: extra de cōsue. cum tanto. Et fur semper est in mora.ij.de condi. fur. si pro fure.§.penul. Pro quo facit: q non remittit pctm̄ nisi restituat ablatum.xiiij.q.vj.si res aliena. Uñ dicunt q isti tales renunciare debent z tenent canonis auctoritate.i.q.i.c.siquis neqz. Et hoc qdem eo potissime pcedit: q inter alia crimina: que ēt post peractam pniam: ordinis executiones impediunt: est symonia.i.q.i.erga symoniacos: z extra de symo.tāta. Ergo qcquid dixerit glo.in.d.c.sigs pecunia.lxix.dist. Iste casus qñ.s.papa a Cardinalibus symoniace eligit: nihil differt ab illo. Qñ.s.eligeret symoniace ab alijs nō hñtibus eligēdi potestatem: cum vtroqz casu nullus istoꝝ ius tribuere possit. Qd tñ: vt.s.dixi: intelligendum est: qñ tale crimen symonie notorius est: vel clare pbari pōt. Qr si esset pssus occultum. Ille talr electus pp cōem errores z opinionem que de eo haberet: videret tollerandus: ex quo habuit electionem de qua constat: vnde pp incertitudines deum solū habebit vltorem: put tenere vr dicta gl.cus qua transire etiam vident doc. ibi. Quis Jo.an.dicere voluerit in.d.c.tanta symoniam in ordine tm̄ ipedire ordinis executionem post peractam pniam: at secus esse in beneficialibus: q post peractam pniās beneficium retineri pōt. Qui ita intelligi debere: dicit tex.in.c.inqsitiōis.de accusa. Cuius 9rium tenuit Ant.de but. ibi asserens hoc vtroqz casu pcedere. Et pro opi. Ant. de butri.contra Jo.an.facit q symonia est crimen publicum: qd dr par esse crimini lese maiestatis.C.de epi.z cle.l.si quenq̄. Qui tex.in hoc pposito esset lris aureis scribendus. Cuius ēt pars hr.xv.q.iij.in.c.sane.z.vj.q.i.siquis cu militibus.§.porro.vbi dr. Sane quisqs hanc scām z venerandā Antistitis sedem pecunie interuentu subijsse: aut siquis vt alteꝝ ordinaret vel eligeret: aliquid accepisse detegit: ad instar publici criminis z lese maiestatis accusatiōe ppositā: a gradu sacerdotis retrahat. Crimē.n. lese maiestatis punit ppetua infamia: z qui illud incurrunt ab oibus honoribus abijciunt z ihabiles reddunt. Immo vltimo supplicio afficiuntur.C.ad leg.iul.maie.l.qsquis. ergo tales symoniaci oino ēt si pnias peragerent: abijciendi: z a papatu z beneficijs remouendi videntur. ¶ Item z fortius electio facta ad papatum per violentias z impssionem nulla est ipso iure. Cum electio dici non possit: que non est volūtaria: z que a pura z libera voluntate eligentius (habito respectu ad merita eligendorus) non pcedit. Sed si alr fiat: dr potius violēta intrusio: vt bene pbat tex.xxiij.di.in nomine dñi.z in.c.vbi periculus. de ele.in.vj. adeo q electus per impssionem z coactionem: non pōt dici Papa aplicus. Sed magis intrusus z apostaticus: vt dicit tex.in d.c.in noīe dñi. qui nullibi correctus apparet: ibi. Qd siquis contra hoc Decretū nrm synodali sententia pmulgatum: quasi p seditionem: aut psumptionem aut quolibet ingenio electus vel ordinatus seu intronizatus fuerit auctoritate diuina z scōꝝ apostoloꝝ Petri z Pauli perpetuo anathemate cum suis auctoribus z fautoribus z sequacibus a liminibus scē dei ecclesie separatus abijciatur: sic antixps inuasor z destructor totius xpianitatis zc. ad idem est tex.in.d.c.siquis pecunia ibi.aut pplari seu militari tumultu zc. Sed nulla pfecto maior est impressio mentis: nulla grandior ai violentia q̄ fit pecunia z auaritia: q est idoloꝝ seruitus. Iuxta illd Pauli apli ad Ephe.v.c.z illud Maronis: qd nō mortalia pectora cogis auri sacra fames. Ergo sequtur q talis electio per symonie impssionem facta: dici non pōt libera nec voluntaria: sed per sordes: per corruptelam: per impressiones violenter obtēta: z 9nr q nulla z inualida pe sus existat: etiam q a Cardinalibus facta fuerit: put de se ps z aperte pbat aureus tex.in.c.vbi periculum.§.ceteꝝ.de elec.li.vj.

ibi. Cum arbitrium vel fordinatus capti-
uatur effectus: vel ad certum aliquid obli-
gatiōis cuiusq̄ necessitas adigit: cessat ele-
ctio: dum libertas adimit̄ eligendi. Qd̄ et̄
comprobant Panor. et doc. in. d. c. l3. de ele.
et patebit in sequētibus. Comprobariq̄ po
test per decretum concilij Constantien. in
sessione. xxxix. aduersus scisma futurꝝ pmul
gatum: incipit. Frequens: ibi q̄ si forte ele-
ctionem Ro. Pontificis: per metum q ca-
deret in ↄstantem virꝝ, seu per ipressionem
de cetero fieri contingat: ipsas decernimus
nullius efficacie vel momenti. Nec posse p
ↄsensum subsequētem et̄ metu pdcō cessan
te ratificari vel approbari. Nō ergo minus
contra symoniacos procedi pōt q̄ contra
hereticos. Cum q̄nq̄ crimen symonie ma
ius dicat̄ q̄ heresis. i. q. i. eos. imo maius oi
bus alijs criminibus dr̄. Cum cetera cri-
mina ad eius cōparationes quasi pro nihi-
lo reputent̄: vt inquit tex. formalis. extra de
symo. c. per tuas. et pbatur in. c. tanta. eo. ti.
et. i. q. vlti. c. fi. Et l3 dcm̄ fuerit fm aliquos
q̄ Papa depoi non pōt: nisi p heresi acci
piendo heresim stricte: et inq̄tum esset con
tra articulos fidei. Tn̄ hoc casu dicta cōsy-
deratio locum non hēret: q2 nos loquimur
in latioribus terminis. v3. in casu electiōis
papalis anteq̄ quis papatus canonice assē
cutus fuerit: et cum iste eligēdus per corru-
ptelam et symoniacam heresim: ac per eius
impressionem se papatu indignus reddide
rit: q2 vt s. diximus: per talem electionē ni-
hil iuris acqrere potuit, cu3 tam ipse eligē-
dus seu talr̄ electus: q̄ electores tunc non
minus dispōni iuris positiui q̄ iuris diui
ni et nālis subiacerent. Nec obstat huic cō-
syderationi et pclōni, si forte diceretur q̄ ta
lis electus erat ad papatum idoneus: et ta-
liter qualificatus qd̄ Cardinales oīno erāt
ipm electuri: etiam qd̄ eis nihil dedisset: et
qd̄ ppea non videtur pncipalr̄ moti ad eli
gendum rōne pecunie: sed rōe meritoꝝ suo
rum. Et sic qd̄ dicta electio non videatur
vitiosa: nisi pbaretur qd̄ electores symonie
sordibus moti: talem electionem prosequti
fuerint. ar. C. si ex. fal. instru. l. falsas. Et de re.
iudi. c. cum. i. et. a. et. i. q. vi. §. vlti. Ubi dr̄: qd̄
l3 pecunia fuerit soluta pro electione: si ele-
ctus hoc ignorauit: vel ad electionē sine in-
ductione pecunie pcessum fuit: qd̄ ei nulla
tenus obesse dr̄. ¶ Sicut et̄ dicimus qd̄
preces non inducunt symonias: ex quo eli-
gendus alias est idoneus: de quo in. c. tuas.
de eta. et quali. cui opinioni adhesisse vide-
tur. Goffre. fm Abba. Panor. vt statim di
cetur. Q2 rn̄. fm glo. in. c. nobis. extra de sy
mo. in ver. interueniente: que hanc difficul
tatem per illu3 tex. mouet: et soluit. Quod
verius est dicere: qd̄ et̄ dictis casibus symo
nia cōmissa fuerit: q2 oīno constat pmissio
nem interuenisse ante electionē: qualiscūq̄
fuerit intentio eligentium: cum nulla pro-
missio vel pactio debuerit tunc interueni-
re: ar. in. c. nouit. centesima di. qd̄ hr̄ ibi pro
palea. et. i. q. i. placuit. que opi. glo. cōiter ap-
probatur: et quam sequitur. Uincen. et Ho
stie. fm Abba. Pa. ibi l3 idem Hosti. in. c.
tanta. et extra eo. alr̄ distinxerit fm eum: q2
ibi dixit: qd̄ aut pecunia data fuit alteri q̄
ordinatori: consecratori: vel electoribus et. p
cedat. pma opi. qd̄ sc3 talis electio non inua-
lidetur: aut data fuit eisde3 electoribus seu
ordinatori: et tūc pcedat scd̄a opi. glo. Quā
distinctionem sequitur Joā. and. nec videt
q̄uo possit pbari illa intentio electoꝝ nisi
per ipsosmet: quibus vt singularibus et cri
minosis deponentibus in facto pprio non
crederetur: et facile eēt vnicuiq3 qui pro pe-
cunia eligeret: dicere qd̄ oīno alias erat ele-
cturus. Et si diceres hoc poterit pbari per
alios quibus prius electores dixerant se ta
lem eē electuros: rn̄det qd̄ forte falsum dixe
rant: vel opiniōes mutassent: si pecunia nō
fuisset. Juxta no. in fili in. c. tua. ex̄ de spon-
sa. Quando vo pecunia data fuisset alteri
q̄ eligentibus: puta tertio vel cōsanguineo
vel amico: tunc fm Abb. Pa. ibi. concordā
do opiniones si pecunia data fuit per eum
qui erat eligendus: vel alium eius noīe: tūc
oīno viciatur electio: q2 non fuit libera: et̄ si
fuissent alias electuri: q2 pro iure spūali que
rendo nō d3 aliquid dari: vt no. in. c. ad au
res. et in. c. dilectus filius. extra eo. ¶ Jte3
q2 locus regiminis q̄rentibus et ambienti
bus denegandus est: et illi tanq̄ ambitiosi
sunt reprobandi. viij. q. i. in scripturis. et. i.
q. vj. sicut. vbi dr̄. Sicut is qui inuitatus re
nuit: quesitus refugit: sacris altaribus ē ad
mouendus. Sic qui vltro ambit vel impor
tunum se ingerit: est proculdubio repellen-
dus. Aut pecunia fuit per aliū data, et tūc
pcedere pōt. pª opi. glo. vt dicit ide3 Abb.
Nam intentio eligentium: qui erant alias
eum oīno electuri. Satis probari posset p
eosdem: quum non sint in crimine: et forte,
habendo

habendo tractatum ad inuicem vnanimi-
ter decreuerant eum oīno eligere. Et hoc ca-
su recte ꝓcedat. tex. ſm eum in dicto §. vbi.
ꝛ ceſſant oēs ꝯſyderationes. Jo. an. Cuius
dictis ego ita simplr non acceſſeris: niſi oēs
ꝓſſus eligentium intelligentiam delabe ſy
monie excludamus. Alias aūt hec opi. iudi
cio meo non eſſet bene tuta: ſed viam frau-
dibus facillime parare poſſet. Cum oīs ꝓ
ſus puritas ꝛ oīs ſinceritas ī eiuſmodi ele
ctionibus requirat: put luculēter apparet in
ſepe alleg. c. in noīe dñi. xxiij. di. ꝛ in. d. c. ſi-
cut. ibi in ſacerdotibus ordinandis ſinceri
tas vigeat: ſit ſimplex ꝛ ſine venalitate con-
ſenſus: pura preferat electio ꝛ ad ſummum
ſacerdotij vel pontificij non ſuffragio vēdi
torꝫ ꝓuectus: ſed dei credat eſſe iudicio ꝛc.
Unde cum hmōi dolus ꝛ fraudes que in
aīo conſiſtunt, non niſi per coniecturas ꝓ-
bari poſſint, in. c. ſi. de renun. li. vj. ꝛ in. l. do
lum. C. de dolo. nec viſile ſit ꝙ quis ſine fru
ctu vel vtilitate aliqua velit ſuum iactare.
Si ſupponamus pecuniam interueniſſe ad
finem ꝙ talis eligat: cuicunqꝫ ex hac cā da-
ta fuerit. Jdem iudicium in ꝓ. qd in 2° caſu
glo. ꝓdicte faciendum exiſtimarem. Cū ſi-
militudinem non habeat ꝙ eligendus pe-
cuniam exponere voluerit ad aliūm fines:
niſi vt ad noticiam eligentium hoc deueni
ret: vt ſe ppea ſcirent obligatos eſſe ad An
tidota ꝛ ad ipm eligendum: ex eo ꝙ ad ipſi
us vel ꝯſanguineoꝝ aut amicoꝝ vtilitates
pecunie expoſite fuerint. ¶ Nō obſtaret itē
premiſſe ꝯcl'oni. Si diceret ꝙ ls vnus: duo:
aut tres: vel forte tertia pars oīum Cardi-
nalium pecunia corrupta fuiſſet: ꝙ hoc nō
haberet impedire nec inualidare electiones
eo maxime: qꝛ qui hꝫ duas partes triū par
tium canonicam ꝛ indubitatam electionē
conſequit de elec. c. ls. ꝛ c. vbi piculum. eod.
ti. lib. vj. ꝛ. xxiij. diſt. c. in noīe dñi. Unde ex
quo due partes vitio non laborant: videre
tur: ꝙ illa tertia pars qūicunqꝫ inhabilis
pro ꝯtradicente haberi ꝛ reputari deberet:
cum vtile per inutile vitiari non debeat. c.
vtile. de reg. iur. in. vj. cum concor. Et cum
ille q hꝫ duas partes concordantes ēt tertia
diſcrepante ꝛ contradicente ſit verus ꝛ le-
gitimus papa: cui nulla alia exceptio ꝗ̄ ſtri
cte hereſis opponi pōt. d. c. ls. cum iuribus
ſupra alleg. ¶ Quia ad hoc quoqꝫ rūdet p
tex. ꝛ no. in. d. c. nobis. de ſymo. ꝙ in hmōi
cā ſymonie pp criminis atrocitatem: vnus

ſolus corruptus pecunia vniuerſam electio
nem oīum alioꝝ inficit: put per illum tex.
no. doc. ꝛ Panor. ibi qui dic ꝙ electio talis
eſt ſymoniaca: non ſolum cum pecunia ꝓ-
miſſa vel data fuit oībus electoribus, ſed ēt
cū data vel ꝓmiſſa fuit vni ex eis: ꝛ ſic pra
uitas vnius inficit totum actum. ¶ Nō vī
mirabile ſm eum: qꝛ ſi interueniat excōica-
tus in vniuerſitate ī actibus ipſius vniuer-
ſitatis, non vitiat actum: niſi ab alijs fuerit
ſcienter admiſſus: vt hr̄ in. c. ſi. de ꝓcura. ꝛ
no. in. c. illa. de elec. Jn actu aūt electionis ſi
interueniat ſymonia in vno tm̄ de vniuer
ſitate non tm̄ dando ſed promittendo totus
actus corruat: vt. d. c. nobis. no. in. c. veniēs.
eo. ti. ꝛ in. c. ij. de confer. ¶ Symonia autē
cōmittit in electionibus dando vel recipiē-
do aliquid tpale pro voto ſeu voce danda
alicui in electiōe: dato ꝙ talis eius vox nō
eſſet neceſſaria ad validitatem dicte electio
nis. Et fortius cōmittitur ſi datur pecunia
pro voce neceſſaria hn̄da. Cum hoc ſit quid
ſpūale: prout aperte probat. tex. in. c. mathe-
us. de ſymo. qui ad hoc no. ꝯſueuit p docto.
Qd forte procedere pōt: pp horrores crimi-
nis: vt dcm̄ fuit: vel pp incertitudines: qꝛ ta-
lis electio forte ſuſtētari poſſet ꝛ obtinere ex
voto illius tm̄ q corruptus fuerat: ꝛ ſic ele-
ctio nō fuiſſet libera: vel ēt hoc eē poſſet ra-
tione electi: qui oīno ſiue vnū ſiue duos vel
plēs corruperit papatum: eꝑatum: vel bene
ficium pecunia acquiſiuit: ꝛ donum dei ꝗ̄tū
in eo fuit: emere voluit. Et hec forte poſſet
eē rō diuerſitatis inter excōicatum ꝛ ſymo-
niacum: qꝛ ſolus excōicatus occultus eſt in-
fectus: ſed in electiōe ſymoniaca electio ipſa
inficitur: non tm̄ reſpectu vocis actiue: ſed re
ſpectu actus ꝛ voti paſſiui illius. ſ. qui eligi
tur: qui ita redditur ihabilis ꝛ ſymoniacus
propter vnum tm̄ corruptum: ſicut ſi electo
res oēs pariter corrupiſſet. ¶ Non obſtāt
modo iura. ꝫ. in contrarium contra hāc ve
ram ꝯcl'onem allegata. Et primo nō obſtat
glo. in. c. i. lxix. di. inqꝫtum dicit: qd ſi papa
eſt electus a duabus partibus Cardinaliū
qd amodo nulla contra ipm admittitur ex
ceptio de vitio eligentium vel electi: ꝛ qd ſi
tertia pars vellet probare electionem eē ſy-
moniacam non audiretur. d. c. ls. de elec. ls
dicat talr eligentes peccare. Et rōnem eē di
cit quare talis exceptio opponi non poſſit:
qꝛ non eēt corā quo iudice proponi vel pro-
bari valeret: iuribus plibus ſupra repetitis.

¶ Quia videtur: q̄d a contrario sensu per
ipsammet glo. vr̄ q̄d si papa talr̄ electus ha-
beret iudicem coram quo hm̄oi exceptiões
opponi possent: non negaretur quin pp hoc
z accusari z deponi deberet. Sed satis abū-
de z clare s̄. ostensum fuit: cum tex. z glo. in
sepe allegato. c. si papa. xl. di. concilium esse
iudicem z superiores pape in oībus causis:
vbi agitur de fide vel hr̄si: vel apostasia: vel
notorio z incorrigibili ipsius crimine: vbi
vlis ecclesie status decoloraretur z piclita-
ri posset, vel vbi intrusus eēt z scismaticus:
vt ibi no. z in. c. siquis pecunia. lxxix. dist. et
in. c. si duo. cum si. Ergo hoc quoqz casu cū
talr̄ symoniace electus intrusus sit: et nullū
canonicum titulus habeat: prout s̄. clare ostē
sum fuit. Huiusmodi exceptio coram conci
lio ipso eiusdem iudice proponi et probari
poterit. ¶ Quod qdem dicta glo. et tex. in
d. c. lz. non obstante viua et manifestaria ra
tione probatur: qr̄ quotienscunqz lex vel sta
tutum disponit: q̄d nulla exceptio contra ta
lem actum: sententiam: vel instr̄m opponi
possit: nunq̄z intelligitur tollere exceptiones
super qbus fundatur qualitas ipsius actus:
sententie vel instr̄i: seu per quas detraheret̄
eidem q̄litati super qua fundatur ius taliter
disponens: q̄d est dicere q̄d si exceptio q̄ op
ponitur: negat qualitatem super qua funda
tur ius illud: eidem actui inesse: q̄d cōsequē
ter talis exceptio contra hm̄oi actum oppo
ni poterit. Quia ius illud itelligi dz remo-
uere noluisse exceptiones: per quas demon
strarentur qualitates sup quibus ius illud
fundatur: non in esse, vt in exemplo. d. c. lz.
Ubi dr̄ q̄d ille absqz vlla exceptione ab vlī
ecclesia Ro. Pontifex hēatur: qui a duabus
partibus Cardinalium electus fuerit et re
ceptus zc. Qualitas ergo super qua funda
tur iste tex. est numerus duaz partiu Car
dinalium. Si ergo negaretur istud subale.
vz. q̄d ille non sit papa ex eo: qr̄ non fuerūt
due partes: que ip̄m elegerunt, vel ex eo qr̄
tales qui ip̄m elegerunt: non erant Cardi-
nales. Iste due exceptiones que negāt sub-
stantiam q̄litatis super qua fundatur istud
ius nimiz. d. tex. non obstante opponi pote
runt. Quod probat in his terminis. tex. in
alle. c. siquis pecunia s̄m intellectum gl. ibi.
que voluit illum tex. intelligi de electo symo
niace ab alijs quā a Cardinalibus. Hinc
dixit glo. si. ab aliquibus reputata singula-
ris in cle. i. de seque. pos. z fruc. q̄d lz tex. ibi
dicat q̄d nullitas aliqua ipedire nō possit
sequestrationem post vnam sententiam la
tam in curia. Tn̄ qr̄ si opponatur nullitas
per quam negetur iurisdictio eius: qui tulit
sententiā. Et sic negetur qr̄ ille fuerit iudex:
qr̄ talis nullitas opponi poterit, quia talis
non appellaretur sententia: que a non iudi-
ci:et alij de vniuersitate deberent cõuenire. Sed sufficeret mittere eoꝝ nuncios et procuratores: qꝛ alias istud esset spoliare eccľias seruitoribus et debitis eaꝝ obsequijs: pro quo facit tex.i.c.si.de his q̄ fi.a pla.et no.i.c: si.xviij.di.Et q̄ ad reges principes vel prelatos alios facit tex.in.c.ad aplice.de re.iudi. lib.vj.Si tñ ex aliqua causa spẽaliter vocarẽtur oẽs tũc ꝑsõnaliter tenerẽtur: nõ hito respectu ꝑdcõ pp maius bonũ,seu pp iustitiã exequẽdã vel cãs aliquã criãlẽ: vel pp doctrine excellentiam: qꝛ eoꝝ forte cõsilijs opus eẽt vt no.in.c.si.de dila.et i.c.vt cõmissi. de hereti.lib.vj. Alias aũt non cõpellerentur venire: etiam si a papa vocarẽtur pp eoꝝ cãs que in concilio agerentur: sed satis esset ꝙ procuratores mitterent: extra de ꝓcura.querelam.no.in.d.c.si.de dila.in.c.pe.de iura.calum.et in.l.i.§.vsus.ff.de procura. cum si.

Qui Procuratores vel locatenentes ad concilium mittere possint.

Eam aũt queritur: Qui ad cõcilium vocati Procuratores vel locatenentes eoꝝ noibus et vice mittere possint. Generaliter dici põt ꝙ oẽs: qui ad concilium ꝑsõnaliter tenentur ꝑsonaliter si pñt: et canonica cessante ĩpeditione: interẽe debent. Alias aũt stante legitimo impedimento: eoꝝ solẽnes nuncios et procuratores ꝓ se mittere possunt et tenentur: ꝓbatur in alle.c.ad aplice.de re.iudi.in vj.et in iuribus ṡ.ꝓxime alleg. Qđ tamen sane intelligitur: quãdo ita expsẽ citantur: vt.s.per se vel ꝑ procuratorẽ aut eoꝝ nũciũ cõpareant: vt no.in.d.c.ad aplice. Alias autem si cã eẽt grauis que forte ꝯ citatos in cõcilio tractanda foret, et ĩpedimentũ subeẽt: non tenerentur procuratorem constituere: iux.no in.d.c.querelam.de procura.et in.c. si.de dila.et ita intelligitur. tex.in.c. si egrotans.v.q.iij.et.xviij.di.eps. Haec tamen ꝓcedunt quo ad procuratores constituẽdos ꝓ causis: vel quo ad eos qui concilio ꝓ alijs ĩteresse debent. Sed quo ad procuratores qui statuta cõcilij approbare: suscipere: et ad ecclesiam Metropolitani vel epi sui deferre hñt. Nullo casu excusantur ꝑlati: nulloqꝫ ĩpedimento liberãtur quominus illum constituere et mittere teneãtur. Nisi forte de facto impedirentur cum violentia: et ita itelligitur tex.in.d.c.eps.xviij.di.Et rõ quare talem Procuratorem oĩno ꝯstituere ꝛ mittere teneant̃ epi ꝛ alij eccľiaꝝ ꝑlati eẽ potest: qꝛ tenent̃ statuta ꝛ gesta cõcilij scire. Illaqꝫ subditis ꝛ populo suo ĩtimare.d.c.si.xviij.di.Et de hoc etiam dicetur infra.

Qui quales: ꝛ quot nuncij: vel procuratores mitti possint ad concilium.

Ed qui: aut q̄les: ꝛ quot nũcij vel Procuratores mitti possint seu debeant casu quo mittendi sint. Et quo ad Papam: primo dicendũ est: ꝙ qñ ipse non vult seu nõ pt ꝯcilio ꝑsidere ꝛ ĩteresse: prout alias interẽe consueuit.xvij.di.c.concilia.in prin.ibi.Quia pñtiam pape non habuit.xcviij.di.nullus. ij.q.vij.cum pastoris.in ꝑscriptionibus: ꝛ ꝓbat.xvij.di.quasi per to.ꝛ extra de ele.significasti.ꝛ alibi. Tũc papa tenet̃ mittere vnũ: duos: aut plures Cardinales aut ꝑlatos ꝑstantes: circunspectos ꝛ eruditos: qui eius loco concilio intersint ꝛ ꝑsideant. Pro quo est gl.no.xvij.di.in sum.que dicit ꝙ vlẽ cõcilium est illud qđ papa vel eius Legatus constituit cũ oĩbus epis. Qđ ẽt probat tex. in.c.regula.ea.di.ibi qm̃ nec ab orthodoxis epis hoc concilium actum est. Nec Ro.ecclesie Legatus ĩterfuit. ꝛ tex.iij.di.§.porro.et lxiij.di.hadrianus. Qui legati aliqñ appellant̃ missi: vt in.d.c. hadrianus. Aliqñ Locatenentes: vt in.c.conuenientibus.vij. q.i.vbi est bona glo. Qñqꝫ vicarij.xciij.di. diaconi.ita in suprascrip. Nõnunq̄ꝫ apocrisarij.vij.q.i.hoc nequaq̄ꝫ in suprascri. Apocrisarij aũt teste Tortelio dñr rñsales a fonte greco.a verbo. ἀποκρίνομαι, qđ est rñdeo vel sepoꝛ. Possunt tñ ꝛ epi ꝛ alij maiores prelati: imo ẽt Abbates esse legati: Locũtenentes vel ꝑsidentes pape in concilio. Qđ probari vr̃ in.d.c.conueniẽtibus. vbi hr̃ ꝙ Petrus Archieps: Petrus ꝑsbr ꝛ qdã Abbas Monasterij scẽ Sabine locumtenentes fuerunt Hadriani pape: in ꝯcilio apud Niceam habito: ꝛ in.c.hoc nequaq̄ꝫ. vij.q.i.in ꝑscrip.vbi dr̃ ꝙ in concilio Cõstantinopolitano: noĩe Ioãnis pape.viij. ꝑsidebãt Eugenius eps hostien. Petrus ꝑsbr Cardinalis ꝛ paulus Eps Anchonitanus. Non hr̃ aũt certa regula: quot ĩteresse possint nomine summi pontificis: cum aliqñ vnum:

aliq̃ duos:aliq̃ tres:ꝛ aliq̃ quatuoꝛ ipsi
us noĩe interfuisse concilio legamus: vt est
tex.xvi.di.c.prima annotatio.versi. quarta
Sardicen̄.vbi hr̃ ꝙ Osius Corduben̄. Vi
centius Capuanus: Januarius Beneuētā
nus:ꝛ Calepodius Neapolitanus pro Ro.
pontifice concilio p̄sidebant. Nec plures in
terfuisse concilio pro eo legisse me memini.
¶ Quo aũt ad patriarchas: Archiepisco
pos:Ep̃os:ꝛ inferiores p̄latos distingui p̃t:
ꝙ aut ꝓcuratores ꝛ Nuncij eoꝝ mittunt
ad recipien̄.gesta ipsius concilij: vel ad alle
gandas cãs absentie ipsoꝝ citatoꝝ. Primo
casu tales ꝓcuratores vel Nuncij debēt eẽ
vniti: et debēt eẽ patriarche:Ep̃i: vel p̄lati
ↄcilio icorꝑati:ꝛ q̄ hẽant ptãtẽ vocis dãde
in ↄcilio:sicut in sili dicimus de canonicis
alĩs vocẽ hñtibus.extra.de ele.q2 pp̃ §.illud.
ꝛ in.c.siquis.eo.ti.li.vj.vbi per Jo.an.in.c.
statutum.de rescrip.§.in nullo. eo.li.ꝛ in.c.
scriptum.de elec.vbi per Jo.an.Debent.n.
qui ad vocem dandam alterius loco subro
gant:eiusdem ordinis: qualitatis ꝛ capaci
tatis eẽ.ar.eoꝝ que no.extra de consue.quã
to.de conse.ecclesie. vel alta.aqua. ꝛ in.d.c.
scriptum.ꝛ in regula q̃ alicui.de regu.iur.
in.vj. Quis ꝯ hanc ↄclõnẽ fortiter stringat
rõ. Qz interdictum de ꝓcuratoribus cõsti
tuendis est ꝓhibitorium.l.minus §.i.ff.de
ꝓcura.ꝛ.c.i.eod.ti.lib.vj.Ergo vr̃ ꝙ qlibet
non ꝓhibitus possit eẽ ꝓcurator ad dãdas
hanc vocem, Et fortius q2 vr̃ ꝙ istud nõ cõ
petat rõne ordinis:sed rõne iurisdictionis.
Prout colligit̃ ex hijs que.s̃.diximus in ar
ticulo qui ad concilium vocãdi sint: vbi di
cebamus ꝙ electi nondum consecrati rõne
iurisdictionis vocari ꝛ concilio interẽe de
bent:vt cõstat ex hijs que hñr. in.d.c.trans
missa.ꝛ in.c.suffraganeis.de elec.ꝛ in cle.i.
de for.compe.ꝛ vtrobiqz per scribentes:q
ita intelligunt glo.in cle.i.de religio.domi.
ꝛ ita sentire vr̃ Abb.panor.in disputa. illa
sua:que incipit.Ep̃s ꝛ qdam rector.in solu.
iij.dubij.in.iiij.col. Ista aũt iurisdictiõalia
cõmitti p̃nt cuilibet sacerdoti vel ẽt clerico
simplici:aut layco vt in.d.c.i.de ꝓcura.vbi
per doc.ꝛ in.c.accedens.de preben. cum si.
Per que videret̃ ↄriũ de iure posse sustine
ri:ꝛ tanto qdem magis:q2 nullibi iure cau
tum reperit̃ ꝙ tales ꝓcuratores debeãt eẽ
ep̃i ꝛc. Hanc qõnẽ posuit Rosellus i Mo
narchia ꝛ eã soluendo distinguit: ꝓut.s̃.Et
quo ad vtrunqz membrũ distinctionis asse
rit sibi videri dicendum eẽ:ꝙ aut querit̃
virum de ordinaria ptãte possit institui ꝓ
curator clicus aut laycus inferior ab episco
po.qui intersit in concilio pro ipso ep̃o con
stituente ad iudican̄.ꝛ statuen̄.noĩe ipsius.
Et tunc dicit ꝙ non põt alium inferiorem
constituere: q2 lz hec sint iurisdictionis:tñ
non exercent nisi adminiculo ordinis ep̃a
lis:cum istud ius statuendi vel iudicandi
in concilio competat solus ordini ep̃ali. Et
q̃uis ista sint iurisdictonalia (vt inqt ipse)
nõ tñ p̃nt inferiori ab ep̃o demãdari.xxiij.
di.illd̃.iij.q.vj.c.hoc qppe.ꝛ.q.viij.c.siquis.
cum duobus caplĩs seq. Itẽ nec layco lz ver
berare clicus ẽt ex cã discipline.lxxxvj.di.c.
non liceat.in gl.i.no.xlv.di.in sum. Hec igi
tur et hmõi similia:q̃uis iurisdictõis sint
tamen expediri non possunt sine admini
culo ordinis:ꝛ ideo alijs q̃ꝫ ordinem habẽ
tibus cõmitti vel demandari nõ possunt.
¶ Sicut ea que sunt ordinis ep̃alis nõ pos
sunt inferiori ꝛ non habenti eundem ordi
nem demandari ꝓut no. dixit glo.xcv. di.
peruenit circa fi. Sed nõ plz q̃ ipse firma
re vr̃.q.s.hec potestas depẽdeat ab ordine.
q2 potius dependere vr̃ a iurisdictiõe. Qd̃
maxime ꝓbat̃ q2 electi nondum consecrati
ep̃i:ꝛ Abbates iurisdictionẽ ep̃alẽ habẽtes
admittuntur ad vocem decisiuam: ꝛ citan
tur vt.s̃.tetigimus.in ti.qui sp̃alr̃ aut gñalr̃
vocandi sint.vñ. et fortius de electis, q2 vt
dixi in hoc attenditur iurisdictio episcopa
lis.c.trãsmissa.et.c.suffraganei.extra de ele.
vbi per Abb.panor.glo. in cle.i.de fo.cõpe.
et glo.in cle.i.de religio.domi. que ita intel
liguntur. Fatetur tamen Rosellus: ꝙ si cõ
cilium vellet:ẽt laycum ꝓcuratores admit
tere ꝙ posset. Cum habeat liberam faculta
tem statuendi. Nam quẽadmodum papa
põt layco concedere ptãtem tractandi que
cunqz sp̃ũalia.lxiij.di.hadrianus.ꝛ.c.in sy
nodo. Ita ẽt potest concilium:q2 si papa so
lus hoc potest,fortius ipse cum toto cõcilio
et idem si papa concilio non presideret: sed
alter pro eo:cum oĩno papa tunc ibi esse cẽ
seatur:q2 qui per alium facit ꝛc. Nec minus
poterit concilium quando papa ibi nullo
modo eẽt,puta q2 mortuus vel alr̃ absens
eẽt:eo q2 congregationi concilij consentire
noluisset:q2 ẽt tunc oĩs ptãs papalis est pe
nes vl̃em ecclĩam. Qd̃ tamẽ dicto casu in
telligen̄.foret. vbi oẽs de cõcilio consentirẽt
alias aũt secus:per ea que no. Joã.an.in.c.
scriptum.

ſcriptum.de elec. ¶ Aut ſcdo ꝛ tertio que-
ritur vtrum laycus vel alius non eps poſ
ſit conſtitui ꝓcurator ab epo ad recipiẽdus
ſtatuta concilij:vel ad ꝓprias cãs epi tractã-
das agendo ꝛ rñdendo. Etiam ꝙ talis eẽt
cã. Cuius ipſe ꝯſtitutus ꝓcurator non eſſet
per ſeipm capax. Et tũc dicendũ eſt: ꝙ hoc
non obſtante ꝓcurator eſſe poterit pro epo.
d.c.i.de ꝓcu.in.vj.no.per Jo.an. in.d.regu
la. Qd alicui in mercurialibus. Et hoc qñ
negocia que ei cõmittunt nõ ſunt alr nego-
cia ſpũalia:q2 ſi iudicialr agit hoc per ipm
exerceri poterit cum in iudicijs nihil ſpũa-
liter agat,ſecus ſi extraiudicialr ageret vt
eſſet eligere ꝛ cetera hmõi ſpũalia exercere:
vt in.c.decernimus.de iudi. Et ideo dicen.
eſt ſm eum:ꝙ qñ laycus conſtituit ꝓcura-
tor ad actum quẽ ipſe hs deducere:ẽt ꝓcura
torio noie ꝯſtituentis de non eſſe ad eẽ: vel
de eſſe ad non eẽ:ꝙ in ſpũalibus ꝯſtitui nõ
poterit ꝓcurator. Et ita intelligit Paul.de
eleaçar.illud.c.i.de procura. in.vj. Et iõ dr
ꝙ non poſſet conſtitui ꝓcurator ad eligen.
vt no.idẽ Jo.an.in.d.regula. qd alicui. Et
hoc modo ds intelligi glo.in.c.ad aplice.de
excep.que dicit ꝙ illud,qd quis non põt p
ſe non põt pro alio. ¶ Quando aũt talis
Procurator haberet tractare ſolum de eſſe
ctu vel nõ effectu alicuius actus. Puta vtꝝ
ſubeſſet vel non ſubeẽt aliquis actus ſpũa-
lis. Tunc bene poſſit eẽ ꝓcurator: vnde lay
cus aſſumi põt conſiliarius vel Aſſeſſor a
Judice cognoſcente de cã ſpũali: ꝓut nota-
ri conſueuit in.c.ſtatutum.§.aſſeſſorẽ.de re-
ſcrip.in.vj. ¶ Quicquid aũt dicat p Ro-
ſellum. Ego iſtam qõnem principalẽ adhuc
per pmiſſa non bene video expeditã. Tum
q2 conſyderata primeua rõne ꝛ inſtitutiõe
conciliorꝫ. Uideo ꝙ concilium gñale vlem
eccliam oium chriſticolaꝝ repñtat. Jn qua cõ
prehendunt non minus layci q̃3 clici: vt.s.
oſtenſum fuit in ti. Quid ſit cõcilium:ꝛ in
ti.vnde habuerit origines:vt hr. de con.di.
i.eccia. Res aũt de facili ad nãm ſuã reuer-
tit.l.di.ferrum. Nec plus poſſe ds repñtãs:
q̃3 repñtatum imo potius eẽ: cũ iſte repñ-
tans auctoritatem ꝛ ptãtem acceperit ab il
lo. Jtem in multis concilijs ꝯrium ſeruatũ
fuiſſe apparet. Prout ẽt conſtat fuiſſe vlti-
mo loco in concilio Conſtantien. Qꝛ mul-
ti Abbates ꝛ clerici inferiores pro epis ad
miſſi fuerunt ꝛ laycis vox deciſiua cõicata
fuit. Qd ps ꝙ Abbates non ſolum ꝓ epis,

ſed ẽt pro ſummo pontifice non ſolum con
cilio interfuerunt:ſed pfuerũt: vt.s.oſtendi-
mus. Et facit.xcvj.di.vbinam.ibi.nanq3 dr
ꝙ Jmpator ꝛ layci non debent concilio in
tereſſe:niſi vbi de fide agit:que vniuerſalis
eſt:que oium cõis:que non ſolum ad clicos
veꝝ ẽt ad laycos:ꝛ ad oẽs oino ptinet xpia
nos:q̃3uis tex.illum qdam intelligunt:ꝙ.s.
dicto caſu:vbi de fide agit layci concilio in
tereſſe poſſint approbando:ſed non ſtatuẽ-
do vel diffiniendo:ſed qcquid ſit. Cum iu-
re hoc expreſſe cautus non reperiat: nihilq3
idẽ Roſellus alleget qd vrgeat. Q̃uis mul
ta iura innuere ꝛ dicere videant.xvij. di.q̃
ſi per to.ꝙ cõcilia ab epis tm̃ celebrata fue-
rint:ꝓut etias atteſtari vr tex.in.c.ſatis eui-
denter.xcvj.di.ibi. Jllicitum nanq3 eſt eus
qui non ſit in ordine ſanctiſſimoꝝ epoꝝ ec-
clefiaſticis ſe intermiſcere tractatibus:ꝛ fa-
cit tex.in.c.deniq3.ea.di. Tñ qñ caſus occur
reret:ad vtranq3 partem argui poſſet. Et ꝓ
parte ꝯria faceret rõ quã.s.adduxi. Qꝛ hoc
magis a iuriſdictione:q̃3 ab ordine depen-
dere vr. Admiſit nihilominus conſuetudo
que nunc quoq3 in iſto concilio Laterano
Moderno ſeruat:ꝙ epi ꝛ Abbates q ſunt
concilio incorporati procuratores alioꝝ p-
latoꝝ (Quicquid de ſubtilitate iuris argui
poſſit) admiſerunt ꝛ minores ꝛ inferiores
clerici:qui de iure non erant de corpore cõ
cilij:nec alr hẽbũt voces deciſiuas. Jn ipſo
concilio Laterano. Julio.ij. Pontifice ma-
ximo pſidente ꝛ aſtãte:mandata ꝓ epis ad
intereſſendũ eidem concilio ꝓduxerunt:ad
miſſiq3 fuerunt. Jn ſcda ꝛ tertia ſeſſione ꝛ
in reliquis:atq3 ita etiam ſeruatus fuiſſe in
alijs concilijs annotauimus.

¶ Que debeat eſſe forma mandati eius qui mittitur ad cõcilium ꝓ altero.

Que aũt debeat eſſe forma man-
dati hmõi Procuratorum vel
Nunciorꝫ:qui ad conciliũ mit-
tunt. Diſtinguen. vr. Nas quo
ad legatos pape concilium con
gregantes. Jpſi legati debent hẽre lrãs apo
ſtolicas cum ſpãli mandato: de citando ꝛ
ꝯgregãdo concilio vl ad talem locum:tali
tpe. Et de pſidendo noie ipſius Pontificis
maximi eidem concilio:ſic vt pſerſit aucto
ritate aplica congregato: q2 vt ſepius.s.dixi
mus alias: eis q̃3uis Cardinales eſſent ꝛ

legati de latere constituti:non crederet: ꝓ
ut dixit glo.iij.di.§.porro.⁊.xvij.di.in.c.re-
gula.⁊ vtrobiqꝫ per scribentes. Et dcm̄ fu-
it.s̄.in ti.quis concilium disponere: congre-
gare:seu auctorare possit.vl.⁊ q.s̄.diximus
⁊ in ti.que sit forma ⁊ quis modus conuo
candi concilium.versi.aut ⁊ scđo papa con
uocat concilium. ¶ Quo vo ad Patriar-
chas:Cardinales:Primates, Archiepos:
Episcopos:⁊ alios prelatos:si vocati ad cō
cilium,legitimo obstāte impedimento: ire
non possunt. Debent pmo per eoꝝ lr̄as ex-
cusatorias ad concilium directas se excusa-
re allegando.s.cām rōnabilem legitimi im
pedimenti. Non.n.sufficeret dicere se non
posse venire,nisi rōnem quare non possent
assignarent.ar.extra de offi.dele.prudentiā
⁊ de rescrip.in.c.sciscitatus. Immo si ratio
⁊ cā allegata negaretur illam ꝓbare tenerē
tur.iiij.q.v.siquis in fi.saltem per vnū testē
cum iuramento suo.extra de procura. ex in
sinuatione.lꝫ ar.ↄ̄ habeat:extra de resti.i in
teg.ex lr̄is.sed in hoc spāle ē:vt vni testi cre
datur cū suo iuramento fm glo.cuius sunt
hec dicta in.c.placuit.xviij.disti.vbi tex.ad
lr̄am dicit:ꝙ quotienscunqꝫ congregādum
est concilium. Episcopi qui neqꝫ etate:neqꝫ
egritudie:neqꝫ alia grauiori necessitate im-
pediuntur:competenter occurrere debent:
ꝙ si non potuerint occurrere: excusationes
suas debent lr̄atorie ꝯscribere. Possent ta-
men fm glo.ibi.in versi.lr̄atorie per certus
nuncium cognitum:cui credi possit se excu
sare:vt.xcvij.di.nobilissimus.⁊.d.c.pruden
tiam.⁊.c.sciscitatus. Quis cautius faciant
si procuratorem cū mandato ad se excusan-
dum mittant allegando in mādato causas
impedimenti:si essent honeste : si vo essent
turpes:puta q: essent herniosi : vel fistulas
haberent in loco turpi:equitandi: sedendi:
vel itinerādi facultatem impedientes. Tūc
iurando coram notorio ⁊ testibus d hmōi
causis ⁊ impedimentis possent excusatio-
nes suas eoꝝ ꝓcuratoribus honestius com
mittere nō alr exꝓmendo. Et si opus esset
dictas cās possent plene aut semiplene pro
bare,prout colligi vr̄ ex mente ⁊ vbis. Cy.
⁊ doc.in.l.i.C.de resti.in integ. Nec dicto ca
su impedimenti excusarentur ex quacunqꝫ
leui infirmitate:vt dicit tex. in.c.siquis epi
scopoꝝ.xviij.di. sed infirmitas dꝫ esse gra-
uis:q: vt inquit glo.in.d.c.placuit.ea.di.le-
uis febricula:vel vetus quartana non excu

sat nisi morbus sit sonticus.ff.de edil.edic.l.
i.§.sed sciendum.no.in.c.querelas. de procu
ra.⁊ alibi. Et lꝫ iura predicta loquantur de
concilijs prouincialibus: tamen idem ⁊ for
tius dicendum est in gn̄alibus. ¶ Alia au
tem dꝫ esse forma mandati : quā vocati ad
concilium pro eoꝝ causis ciuilibus facere te
nentur:q: tunc sufficit constituere procura-
torem ad agendum ⁊ defendendū cū clau-
sulis opportunis:scriniarijs ⁊ tabellionibus
qbuscunqꝫ praticis notis. Iuxt.qualitates
causaꝝ regrentiū mandatū gn̄ale vel spāle:
fm ꝙ leg.⁊ no. in.c.i.in.c.qui ad agendus.
⁊ in.c.qui gn̄alr.de procura. lib.vj. cū vul-
gari. ¶ Si vo cause essent criminales ⁊ cri
minalr intentate, vel ꝙ ageret de cā fidei.
Puta q: allegarent heretici: scismatici: vel
ꝙ venirent deponendi ⁊c. Tunc ꝑsonaliter
comparere tenent iuxta tex. ⁊ no.in.c.veni
ens.de accusa.vbi bona glo.⁊.v.q.iij.in cri
minalibus.iij.q.ix.absens.⁊.ff.de pub.iudi.
l.pe.§.i.lꝫ ad excipiendum ⁊ excusandus ad
mittat ꝓcurator: vt no. in.d.c.veniens.⁊
xxiij.q.v.reos.⁊ de dolo ⁊ cōtu.dilecti. Itē
cum agit de crimine non criminalr. extra
de procura.tue. ⁊ de accusa. super his in fi.
¶ Sed quo ad mādatū ad cōparēdū ⁊ in-
teressēdū.concilio noīe ⁊ vice alioꝝ ꝑlatoꝝ.
Duplr interuenire pn̄t dicti procuratores,
aut ad recipiendum statuta ⁊ decreta cōci-
lij ꝑ ecclia ⁊ ꝓuincia talis patriarche, pri-
matis,vel metropolitani,vt s̄.diximus. Et
dicto casu satis est constituere Procuratorē
ad cōparēdum corā scissimo.D.N. Papa
vel eius Legato seu locūtenētibus:ac sacra
synodo gn̄ali vl'cum ecclīam repn̄tāte in ta-
li ciuitate ⁊ loco legitime ꝯgregata. Et ad
petendum humilr ⁊ deuote:ac regrendum
⁊ recipiendum oīa ⁊ singula decreta ⁊ sta-
tuta:in sacro ꝯcilio ꝑdicto edita ⁊ facta seu
edenda ⁊ fienda. Ad hoc vt pro debito pa-
storalis officij sui:illa in sua ciuitate ⁊ pro-
uincia:in prouinciali ac demum in synoda
li vel epali synodo que dn̄o concedente in
posteꝝ celebrabunt publicare:intimare:in-
sinuare:ac publicari: intimari, ⁊ insinuari
facere:⁊ ab vniuersis ⁊ singulis subditis ⁊
subiectis suis reuerenter ⁊ deuote recipi:ac
qꝫtus in eo fuerit: obseruariqꝫ facere possit
⁊ valeat. Dando eidē suo ꝓcuratori omo-
dam ptātem:facultatem,⁊ bailiam. Quic-
quid sacra synodus decreuerit: statuerit: ⁊
ordinauerit (salua semper orthodoxe fidei
veritate

veritate eiusdē.d.ↄstituētis ꝛ eccle sue pdcē noīe reuerenter acceptādi, recipiendi. ꝛ admittendi ꝛc. Pro qua qdem forma mādati, vī tex. cum his que ibi not. per doc. in.c. eps ad synodum.xviij.di. Addendo eides mandato ꝙ idem.d.ↄstituens pro pmissorum oīum ꝛ singuloꝝ firmiori obseruatione eidem suo procuratori ptātem ꝛ facultatem ↄcessit: in aīam suam pro se ꝛ ecclesia sua iurandi, ac fidelitatis: obedientie: ꝛ reuerentie homagium ꝛ iuramētum qdcūqꝫ alterius gnis pstādi, ꝛ exhibendi ꝛc. Que colligi videnť ex text. et no. in.c. non ops. et seq. ea. xviij. di. ¶ Aut et scdo constituitur procurator ad interessendum et vocem cōsultiuam et decisiuam pro eodem dn̄o constituente dandum in concilio gnali: in tali loco ↄgregato vel ↄgregādo: et si voluerit: poterit etiam eundēmet quem constituit ad petendum statuta, ad hoc quoqꝫ ↄstituere. Et tunc idem platus constituens: seruata forma et pratica mandati spālr et expsse eundem suum pcuratorem constituet ad comparendum coram scīssimo. D. N. Papa: vel ipsius legato et sacri concilij psidētibus ad allegandas cās legitimas ipsum.d. constituentes a personali cōparitione excusantes ipsasqꝫ pponendum, deducendum: ꝛ si opus fuerit ēt medio iuramento suo in aīam suā: et alr put melius potuerit et debuerit pbandum et ↄstare faciendum. Nec nō ad petendum et obtinendum se eiusdes vice et noīe pro ipso dn̄o cōstituente ad qscunqꝫ tractatus in qbuscunqꝫ sessionibus et actionibus sacri concilij recipi et admitti. Item ad votum seu voces tam consultiuas qꝫ decisiuam et iudicatiuas: seu aliā qscūqꝫ et alteriuscunqꝫ gnis dandum: publicādū, statnendum: ↄsulendum: et iudicandū: seqꝫ ipsius.d. constituentis nomine et pro eo qbuscunqꝫ diffinitionibus: decretis: et terminationibus sacri concilij tas affirmatiue qꝫ negatiue aut dubitatiue subscribeň. put eidem pcuratori suo melius. iustius: equius: et hōestius: videbiť expedire. Et gnalr ad oīa et singula in pmissis: et circa ea vtilia, necessaria: et opportuna noīe ipsius.d. constituentis: vel pro eo dicendum, allegandū: faciendum, et exercendū, etiam si talia forēt que mandatum spāle regrerēt ꝛc. Cū clausulis consuetis: et opportunis ꝛc. Que forma colligi et percipi potest ex his que leg. et no. in.c. quia propter § illud. extra de ele. et in.c. siquis. eo. ti. lib. vj.

¶ Qua pena puniant qui ad conciliū vocati ire contemnunt vel negligunt.

Qua vero pena puniant qui ad concilium legitime vocati venire negligunt vel ↄtemnunt distinguendo de personis. Breuiter dici pōt: ꝙ si taliter vocati sunt epi vel superiores plati vel ēt inferiores: qui concilio habeant interesse: quiqꝫ ratione ordinis: dignitatis: vel beneficij iuramentum fecerint. Ro. pontifici: et sedi apostolice: iuxta formam.c. ego.n. de iureiuran. Tunc tales nisi graui infirmitate aut alio legitimo impedimento qd euitare nō possent: impediti forent: personaliter et nō per procuratorem ad concilium pficisci tenentur: alias aūt piurium eo ipso incurrunt: pter iuramentum ab eis pstitum: cus iurauerint ꝙ vocati ibunt ad concilium nisi canonica ppeditiōe fuerint impediti. d.c. ego .n. xviij. di. si eps. et quasi per to. Preterea vocati modo premisso et ad concilium ire contemnentes vel negligentes suspendi: interdici: et excōicari: ꝛ dicte censure, crescente eoꝝ contumacia: aggrauari et regrauari possent: put pbať ac le. et no.. xviij. di. in.c. non ops. in.c. peruenit.c. si eps. ij. q. vj. qsqꝫ probatus. et. xj. q. iij. qui resistit. no. p Spec. in ti. de pri.° decre. § iam de effectu vsi. et no. Poterit igiť vel excōicari: vel primo in bonis ipsius taliter ↄtemnentis fieri imissio: vt tedio affectus veniat, vel ēt aliter mulctari, prout concilio melius visum fuerit. ar. l. si ex quacunqꝫ. ff. siquis in ius voca. non ierit. Et qꝛuis honestius foret ab alijs leuioribus remedijs incipere: vt no. in.c. tue. vt lit. non conte. tamen concilium dicto casu incipe poterit ab excōicatione et a quocūqꝫ remedio maluerit: ar. eoꝝ que no. in.c. qm̄ frequenter. eo. ti. Et si vocarenť ad cōcilius pro cā aliqua: que promouereť ꝯ eos: tunc si cā esset summaria, i qua nō regreretur litis ↄtestatio: vt esset in cā heresis, et hmōi.c. fi. de hereti. lib. vj. Tunc poterit ad sententiā diffinitiuam pcedere: aliter etiam lite non ↄtestata. Quicqd aūt de iure cōi sit: forte ꝙ cōcilius ꝯ hmōi ↄtumaces pcedere poterit, non aliter seruata iuris solemnitate ꝛ formarum vices principis gerat: qui iuri suo positiuo nō subiacet: sed illud pro arbitrio

tollit. de conces. preben. proposuit. Quicqd. n. principi pls pro. l. hr. insti. de iure nali §. sed z qd principi. ¶ Non tn hoc ita simplr p cedere in concilio affirmauerim: nec credi- derim q princeps quempiam cdenare possit sine citatione. p tex. z no. in cle. pastoralis §. cetez. de re. iudi. Quis tpibus nris qnqz c rium per aliquos potifices z principes ser uari z declarari viderim: qz declaratu fuit q sententia lata per eos teneret: et q cde- nati citati non fuissent. Qd est directe c il- lum tex. z ius nale. Qd forte hoc casu et p principem tolli non pot. ¶ Si vero papa a concilio legitime congregato vocatus ire vel mittere contemneret: adeo constituit in mora z facit se de heresi suspectum: q no so lum a concilio cdemnari: sed et deponi po test: et reus criminum sibi imputatoz re- putat: prout contigit. Jo. xxiij. qui postqz a cocilio aufugisset z citatus venire cotem- psisset. Depositus fuit: prout dixi s. i ti. que sit forma conuocandi concilium: versi. q si papa vel antipapa zc. Idem ergo z fortius dicendum est: in epis: prelatis: principibus: laycis: z clericis, qz si concilium contemnerent, crescente eoz cotumacia, puniri possent et vsqz ad priuationes beneficioz: officioz: di- gnitatum: principatuum: regnoz: z locorum suoz, z si contumaces z contemptores eent concilij pro aliqbus grauibus causis: que p ponerent c eos. Tunc oia illa remedia que a iure pdita sunt c contumaces: locum ha berent c eos. extra vt lit. non conte. c. tue. z c. qm frequenter. de dolo z contu. c. prout. z c. veritatis. cum si. ¶ Sed qz tex. in alle. c. ego. n. de iureiuran. dicit vocati ad conci lium veniam, nisi ppeditus fuero canonica prepeditione zc. Pulchrum esset hic quoqz videre: quid si concilium alias legitime co gregatum pcederet c papam pp eius here- sim: intrusionem: vel malam z perniciosas vita: ex qua fides catholica z ecclesie status decolorat, iuxta tex. z glo. in. c. si papa. xl. di. Et concilium vocat ipm z istos platos: vel alios catholicos ad dictam synodum. Pa- pa vo z Impator volendo forte concilium perturbare: z eosdem vocatos impedire: si militer eos vocant: cui ex istis magis paren dus sit. Et breuiter qz de hoc qz diximus s. in ti. ad quem spectet congregare conciliu. versi. Accedo nunc ad tertium qsitum. Istu qonem in suis terminis posuit. Inno. in. c. cum parati. de appel. post glo. ibi in versi. regis. Et idem Inno. aliquid de hoc ponit in. c. cum iam dudum. de preben. Et ls dns in Euangelio Matthei. vj. capo dixerit: q ne- mo duobus dnis seruire pot. ar. xxvj. dist. acutius. Tn idem Inn. z Abb. panor. post eum distinguendo dicunt: iunctis his que no. per Hosti. ibi q si eps: clericus: vel alius q vocat a diuersis dnis ts regalia a rege vel Impatore vel ab aliquo eoridem: si ab ipo rege vel principe simplr vocat sine pcepto z citatione formali: z a supiore altero eccle- siastico silr vocatur. Tunc ire dz ad regem a quo ts regalia, cum ei honor deferendus sit: ar. xviij. di. si eps. lxiij. di. salonitane. z in aucten. quo opor. epos §. illud. colla. i. z. xxiij. q. vlti. si vobis, quibus addi pot: q hoc tn casu excusare se deberet cum supiore ecclesia stico ne videatur eum cternere: sed ei Ar chieps vel supior ecclesiasticus pciperet for- malr: q non obstante vocatione regia: iret ad eum, tuc clericus obedire dz Archiepo: cum sit de eius iurisdictione: z non regis: z magis obedien. est spui qz carni de maio. z obe. solite §. i. versi. q aut seqtur. z seq. pa- pe aut vt dicit Inno. semp est obediendus nulla pceptione cria obstante tam rone ho noris qz iurisdictionis. xj. q. iij. qui resistit. z subdit q consyderari etiam dz, nunqd p curauerit se vocari: qz tunc non prodesset ex cusatio. de offi. deleg. pastoralis §. si. ff. siquis cau. l. ij. §. vlti. Et tandem concludunt, q il- le qui vocatur a plibus, diligenter dz atten dere. Quis eorum maiori necessitate duca tur. ar. l. sigs in graui §. si cum ois. ff. ad sillani. z in. l. c pupillum. ff. de re. iudi. z et con- syderare dz. quis prius mandauerit: cui pri us fuerit obligatus: z quis vocantium ma ior sit. Et multa alia que occurrere pnt: que ad excusandum aliquem facere videtur: sed dicit Abb. panor. se arbitrari q pmissa di cta Inno. z Hosti. non sint indistincte va, qz si prelatus rone feudi astringitur regi ad aliqd seruitium psonale: z vrgente ca serui- tij vocatur ab ipso Rege ad illud. Superi- or aut ecclesiasticus reuocat ipm pro modi ca ca. Non putat ipse: q ls hoc intelligat, te neatur ptermittere citatione Regis. Quia satis est inquit ipse qd data paritate in reli quis pferatur superior ecclesiasticus. Et ide forte dici posset in papa vt sine ca impedi- re non possit platum quominus rones feu di obedire teneatur Regi vel principi secu lari sm formam iuramenti ab eo pstiti: cus

papa

papa non possit tollere oblĩonem iuramen-
talem quesitam laycorũ: alle. ad hoc. cle. pasto
ralis. de re. iudi. z dictũ Inn. in. c. cũ uiter.
p. de renuncia. Et q̃uis p̃dicta: q̃ōnem hãc
nr̃am n p̃cise non soluant: tñ ex eis multa no-
tari possunt pro ipsius decisione. Et mihi q̃dẽ
dicendum videretur: q̃ꝺ considerata sup-
prema auctoritate cõcilij: z grauitate ac ne-
cessitate causaꝝ pro quibus cõuocatur: z iu
ramento q̃ꝺ epi z prelati prestant de profi-
ciscendo ad concilium. d. c. ego. n. q̃ꝺ oĩbus
alijs contrariũ precipientibus posthabitis: z sur
da aure preteritis. Concilio oĩno in primis
parendum esset: etiam si reges: Impator z
papa ipse fulminando censuras contrarium mã
darent: q2 hoc casu eis non esset pareñ. nec
pape censure essent formidande. Et ad hoc
multum facit theorica Inn. de qua s̃. Et me
lius que in specie dicta fuere s̃. in ti. quis ge
nerale concilium conuocare possit §. sed re-
manet post premissa non leue pplexitatis du
bium. vñ. accedo nunc ad tertium zc. Ubi
per singulare dictum. Inno. in. c. inq̃sitiõi.
de sen. excõ. signanter dicit non esse obediẽ-
dum pape, si ex eius mandato v̄isibr time-
tur scandalum vel aliq̃ꝺ malũ futuꝝ. Ites
si aliquid precipit contra statum vlis ecclesie sine
cã manifesta: q̃ꝺ ẽt per ipsum Inno. z alios
post eum. ponitur. in. c. q̃sto. de consue. Qꝺ si
hoc procedit in papa. Ergo fortius in prela-
tis: Impatore: Regibus, z alijs iferioribus
principibus: q2 si de quo magis zc. Faten-
dum tñ est ẜm Panor. vbi s̃. q alias in du
bio a diuersis superioribus citatus, obedi-
re dꝫ pape potius q̃ꝫ alteri: q2 presumitur
q̃ꝺ ipse non moueatur nisi ex cã legitima.
iux. no. in. c. que in ecclesiaꝝ. de consti. z p le-
gistas. in l. si. C. si contra ius vel vti. publi. sed quo
ad concilium: eidem potius q̃ꝫ pape vel al
teri cuiq̃ꝫ in casu predicto parendum esset:
vt dixi: ẽt si milies excõicaret: priuaret: z p-
iuros declararet eũtes ad concilium: q sibi
obedientiam iurassent. Quia iuramentũ
non extenditur ad illicita, nec trãsit ad suc
cessorem vel ad seipsum intrusum: vt dixit
Bal. z alij post eum. in. d. c. ego. n. Ubi etiã
dicit q̃ꝺ iuramentũ prestitum intruso non
transit ad intrantes canonice. alle. l. si vsba
na. ff. de condi. inde. Nec releuaret prout di
xi s̃. in loco prealle. si papa allegaret se fuisse
intronizatus: z esse in possessione papatus.
Et pro tali habitum: tentum: z reputatus,
q2 non diuturna detẽtio vel occupatio aut
intrusio sed legitima z canonica electio: ac
verus z canonicus titulus facit quem pa-
pam: vt in regula. beneficium. de reg. iur. in
. vj. cum vulgaribus. Unde inquit Bald.
vbi s̃. Qui non intrat canonice: hoc est ẜm
regulas z canones sc̃oꝝ patruꝫ z concilioꝝ
non est papa: sed intrusus z antipapa. Uñ
Cardinales eum male eligendo non plus
iuris in eum transferre potuerũt: q̃ꝫ eis cõ-
cessum sit a canone. vt in cle. ne romani. de
elec. Maxime in substantialibus: q2 in ceri-
monialibus non curamus: vt inquit ipse: z
inter cerimonialia ponit intronizationes:
z coronationem que ẜm eũ nihil iuris con
ferunt. Si electio non valuit. Possessio aũt
seu detentatio: z intrusio nihil opant̃: nisi
ad dãnum z ignominiam suam. ff. de decu
rio. l. herẽnius: vnde bene dicit Bal. in. l. si.
circa prin. q papa canonice electus: est deus
in terris. Si v̄o non est canonice electus: est
diabolus in inferno non h̃ns claues regni
celoꝝ: cum non sit aplicus sed apostaticus:
z idcirco dñi Cardinales z alij clici z layci
deum timentes non solum non debent ei
tunc in aliquo parere: sed implorato huma
no auxilio eum debent a sede aplica pellere:
vt dic̃ tex. formalis. lxxix. di. siquis pecunia.
¶ Inter hec possit ẽt incidenter queri: de
q̃õne quotidiana: que sepe de facto occurrit.
Quid dicẽdum sit de Cardinalibus z pre-
latis: seu comitibus z Baronibus, qui fugi
entes seuitiam pape vel Impatoris aut al
terius principis secedunt: z Papã vel Prĩ
cipem: ac eoꝝ curiam deserunt vt faciãt q̃ꝺ
Poeta ille monuit. Dum furori cursu est:
currenti cede furori: z alibi. Magnoꝝ nõia
fuge. Nunq̃d si Papa vel Princeps eos p-
sonaliter citat z ad se vocat: ire teneant̃? Et
nunq̃d si non comparent: Papa eos puni-
re ac galero seu Cardinalatu: dignitatibus
z beneficijs priuare possit? Et breuiter: ls di
ci consueuerit q ab hmõi psonali compari
tione quis non excusat̃: nisi pp infirmitatẽ
z morbum sonticum: senium: debilitatem:
vel tale impedimẽtum corporale, pp q̃ꝺ im
pediatur itinerari: vt h̃r. z no. in. c. q̃relam.
de procura. Et q a tali comparitionis non
excusat̃ clericus: vel p̃latus ẽt rõne iuramẽ
ti fidelitatis Impatori: Regi: vel Principi
rõne feudi p̃stiti: cum in quocunq̃ꝫ fidelita-
tis homagio semp intelligatur excepta sup
prema ptãs: ac supioris iurisdictio. c. veniẽ
tes. extra de iureiur. cum concor. de q̃bus ibi.

z in.l.imperialem §.fi.de phi.feu.alie.p fre. in vsi.feudoz.z q̃uis glo.in.c.cum parati. in ver.regis.extra de appel.dixerit q fi Papa vocat Epm:vel alium clicus z ecclesiasticam psonã tenentẽ Regalia a rege:vel Imperatore:qui a Rege eodem tpe vocatur,q exemplo Petri apli ds relictis oĩbus regalis:sequi Papam z venire ad eum.xciij.di.c.i.Et fortius fm aliquos hoc facere debent Cardinales:quos non decet a latere pontificis deesse:cu3 sint pars corporis ipsius.c.per venerabilem qui fil.sint legi.c.nouit.de his que fi.a plato.z no.in.c.felicis. de pe.li.vi.Attamen supposito etiam:q iste pontifex maximus eẽt vnicus:canonice electus z intronicatus.contra hoc dicebat:pro parte quorundam ex Cardinalibus qui nouissime in cã erant:q istis gñalibus non obstãtibus.ipsi non tenebant cõparere.Nec ppea priuari aut alr puniri poterant Supponẽdo q aufugissent simpliciter eo q formidabant seuitiam pontificis: qui eis infensus z inimicus existimabatur:vnde igunt ipsi, q non tenebant se credere inimico suo.Et minus pp hoc eos punire z priuare põt papa.Quia inimici z suspecti nõ pñt eẽ iudices l.apertissimi.C.de iudi. z.iij.q.v.qd suspecti.Ubi in pposito nr̃o est optimus tex.Ibiqz hr̃ exemplum Calcedoneñ. concilij.Nam concilium noluit sententiam latas ꝯ Anastasium perẽnoz epm per Patriarchas suum qui eũ mulctauerat:eo q ter citatus ab eo noluit comparere:aliciuius eẽ momẽti:sed sibi tale iudicium reseruauit: eo quia idem patriarcha esset eiusdẽ Anastasij inimicus:z ppea q̃uis ab eodem patriarcha fuisset alias canonice priuatus. Tñ pp inimicitias pdictas restitutus fuit a synodo. Unde ingt ibi formaliter Gellasius papa. Quero iudicium qd ptendunt : vbi nunc possit agitari. An apud ipsos cum ipsi sint inimici:z testes:z Rehi:z iudices?Sed nec tali iudicio humana cõmitti debẽt negocia. Nõ si|i nquit ipse|vbi idem sunt inimici z iudices nec humana cõmitti debent iudicia:q̃to minus diuina.i.ecclesiastica? Et dicĩ idem tex.ibi.z in.c.ij.regris.de appel. z in d.l.apertissimi.z alibi.Ipsa rõ dictat q inimici z suspecti iudices eẽ non debent. Qd maxime pcedit vbi suspitio eẽt ratiõabilis z manifesta.Et vbi quasi notorium eẽt põtificem consueuisse ꝯ alios Cardinales seuire zc.¶Et si forte papa eisdẽ Cardinalibus absentibus ex causis pdictis mitteret lras saluiconductus.Forte nõ tenerent se z eoz vitam ac vniuersam subam eius iudicio z discretiõi credere:maxime vbi de inimicitia z psequtione constaret prout ẽ tex. qui in hoc reputat singularis:in.c.accedẽs.il.ij.vt lit.non contest.Et dicit tex. insti.de suspe.tuto.§.nouissime.q satisdatio vel talis securitas non mutat maleuolum ppositum. Nec corporalis illa ꝯiunctio per quam dr̃ pars corporis pape:vel q eius sint mẽbra: que a capite discedere non debent:de pscri. cum non liceat.Habent pstare eisdem Cardinalibus fiduciam:cum ipm inclinatũ videant ad seuiendum in hmõi mẽbra sua. Et videamus qd iura puident qd ẽt in cõiunctione maritali:vbi tanta est ꝯiunctio: qd duo dr̃ esse in carne vna.Si tanta ẽ viri seuitia:qd vxor tute ei credi nõ põt.Nõ solum eidem viro ẽt cum cautione vxores petenti nolunt restitui.extra de resti.spolia. lras.z.c.ex trãsmissa cum si.Sed ẽt iure pmittente vnus pp alterius seuitiam alteꝝ relinquere põt vt est tex. in auc. de nup.§.si igit mulier tale aliquid.colla.iiij.Quia turpius eijcitur q̃ non admittitur hospes. ex de iureiur.quemadmodum.Nam inimico etiam iuranti quis credere non tenetur.ff.de testi.l.testimonium.in prin.z.ff.de q̃stio.l.i. Nec quisq̃ psonaliter citatus ad locum nõ tutum:z vbi inimici eius regnant,accedere tenetur:cũ regulr locus ad quez qs citatur: debeat eẽ tutus.d.c.accedẽs.et.c.cũ dilecta. de ꝯfir.vti.vel inti.z.c.cũ psone.de priui.li. vj.Et ad hoc bene possent induci verba cle. pastoralis.versi.notorium qppe.de re.iudi. Dum ibi dr̃ notorium qppe z indubitatũ existit:qd grandis exercitus tpe dictoz processuum:z sententie ꝯtinue Impatori assistens Reges ipm z suos psequebat odio capitali,z.I.Esto igitur qd ad pmissa fuissent alias legitime citati.Nunqd venire debuerunt ad iudicem exercitu feroci z grandi ipsisqz citatis odioso stipatum?Quis.n.auderet:vel qua rõne aliquis teneretur consistorij talis subire iudicium:z se in hostium sinu reponere:ac ad mortem per violentas iniuriam,nõ per iustitiam inferendam vltroneum se offerre.Hec qdem iure timent: hec de more vitantur:hec humana fugit rõ: hec abhorret natura.Dissipet igitur:q citationem hmõi saperet arctasse citatum zc. Que tñ excusationes non releuarent : nec

excusarent

excusarent dictos Cardinales: quominus puniri possint ꝛ deberent. Ubi ꝓ eoꝝ delictis ꝛ criminibus aufugissent: vel vbi a papa sine cā recessissent: vt forte sedē ab Aquilone tanq̄ Angeli Sathane erigerent: ꝛ scisma in ecclesia Dei ponerent. Tunc.n. cum se ab vnitate ecclesie per inobedientiā illicite diuiserint. xxiiij.q iij. inter heresim peccā do ꝯ illum articulum fidei. Credo in vnas scām ecclias catholicam. xxiiij.q.i.c. scisma. Non tm̄ per Papam: sed ēt per laycos cōprimi debent ꝛ pnt. xxiij.q.v. de lyguribus. Nec excusarent tunc vt ꝯ dixi. ls allegarent se vocatos fuisse ab Imperatore vel a Regibus ꝛ Principibus a qbus tenent regalia ꝛc. Quia magis tenent summo Pontifici: ꝛ semper eius ptās ꝛ impium intelligūtur excepta in oī iuramento. d.c. venientes. ꝛ l. imperialem. cum ꝯcor. Unde inqt Egi. Bellame. ꝯclus. cxxxvij. incipit. In cā Dn̄i .R. q̄ iuramentum p̄stitum Regi non excusat personalr̄ citatum in curia de mādato Pape. Item nec impedimentum incōmoditatis. Item nec impedimentū necessitatis datum in mala forma. Et dicit ꝯclone .clxxi incipit. Citatus psonalr̄ coꝛā Papa: q̄ taliter citatus non excusat asserendo q̄ p terras Imperatoris iter non sit tutum. Non etiam excusarent a tali cōparitione allegando bellum ꝛ gn̄ales guerras inter ipm Pōtificem ꝛ dictos Reges vel alios Principes quauis forte ciuilr̄ citati excusarent allegando guerras particulares se hēre in locis suis ꝓpriis ꝛc. Ut not. in. d.c. accedentes. ꝛ in cle. pastoralis. de re. iudi. Et ponit in specie Rota. de do. ꝛ contu. deci. xij. in no. incipit. Itē ls guerre ꝛ inimicitie. Bene tm̄ verꝝ est vt ꝯ dixi fm̄. d. Egid. d. sua ꝯclus. clxxi. ꝛ Rotam. deci. ix. de iudi. in nouis. incipit. Item q̄ senes: ꝛ doc. in. c. querelas ꝛ locis supra alle. q̄ senes intellige decrepiti: valitudinarij: ꝛ adeo debiles q̄ equitare non pn̄t sine periculo vite: excusant a personali cōparitione: vltra inimicitias capitales ꝛ persecutiones ꝛ nō tutos accessus ꝛc. Sed tm̄ pp p̄missa non excusant a destinatione Procuratoris vel Nuncij: q̄ ls locus vbi citant non esset tutus eoꝝ dn̄is. Tn̄ Procuratoribus ꝛ nūcijs tutus esse posset, in causis in qbus admitti deberent: vel saltem ad allegandas cās excusatorias si quas hērent prout no. doc. in locis ꝯ alle. Concludendo igit dicebat: q̄ aut Papa ꝓcedit ꝯ Cardinales: delinquentes: ꝛ Papā vel sedē apostolicam deserentes vt scisma suscitent in ecclesia Dei, vt factum fuit tpe Urbani sexti: ꝛ tunc Papa ꝓcedere pōt citando ꝛ priuādo ꝓut dcm̄ fuit. Quibuscunqꝫ excusationibus in ꝯriũ non obstantibus ꝛ ꝓbat auctoritate ꝛ exemplo. in. c. i. de scismati. in. vj. Aut ꝓcedit ex solo odio: aīo tales Cardinales persequendi ꝛ seuiendi in eos nulla cā saltem legitima subsistente ꝛ apparente: citando eos personalr̄ ꝛ fulminanter ꝓcedēdo in vim Monitorij ad priuationem ꝛc. Et tunc isti Cardinales: ex cā legitima talr̄ absentes ꝛ talr̄ citati vel moniti debent iudicio meo iustificando cām suas Nuncios vel Procuratores suos lr̄atorie ad Pontificem destinare. Qui si fieri possit: etiā in pleno concistorio: cum ea qua conuenit modestia ꝛ reuerentia. Que bene nota est curialibus scitati sue exponēt: q̄ alias dn̄i sui Cardinales existimantes sibi non esse tutum in curia residere: ex certis eoꝝ rōabilibus causis nō in ꝯtemptum scitatis sue ꝛ scē sedis aplice: sed vt eoꝝ securitati: quieti: ꝛ tranqllitati: consulerent. Licentia ꝛ venia non petita abierunt. De quo veniā humiliter postulant. Et q̄ per scitatem: suā Moniti seu citati fuerunt qͦ personaliter cōpareāt, qͦ ipsi debita semp cum reuerentia loquendo se excusando dicunt ꝛ excipiendo opponūt: qͦ ex causis scitati sue: ꝛ vniuersis reuerendissimis dn̄is Cardinalibus: ac vniuerso orbi bene notis non putant sibi tutum patere accessum. Maxime ex tali ꝛ tali cā ꝛc. Et ppea qͦ quatenus btitudo sua p̄tendat ex aliqua vera ꝛ legitima seu ēt cōficta vel falsa cā: ꝯ eos velle ꝓcedere: qͦ ipsi humilr̄ ꝓtestātur ꝛ intimant: qͦ scitatem suam ex rōnabilibus ꝛ legitimis causis p̄dictis ac talibus ꝛ talibus ꝛ alijs plibus ꝛc. suspectū hn̄t. Et ppea q̄ valde piculosuꝫ ē corā suspecto iudice litigare. Cum opportuna ꝛ debita instantia iteꝝ atqꝫ iteꝝ ꝓtestantur et petunt: qͦ eis iudicem aliquem viꝝ ꝓbum et non suspectum in loco tuto et honesto delegare et assignare dignetur: q̄ coram illo parati sunt iustitiam suam prosequi: cās et oppositiones eis factas iustificare ac innocentiam suam ostendere: cum bona gratia et venia sue btitudinis cuius pedibus se deuote et humiliter cōmendant ꝛc. qͦ si Papa ita reqsitus hoc facer̄ recusaret: et nihilominus ꝯ eos ꝓcedere vellet: excōicādo: p̄uādo:

et alia damna eis inferendo. Tūc libere: licite: ac secure appellare poterunt ad ipsummet Papam iustitiam denegātem melius informandum: aut ad futuꝝ ꝯcilium: quicquid dicaṫ de extrauaganti Pii. ii. Prohibente hmōi appellatiōem ad futuꝝ ꝯciliū: quam ego ventilaui ṡ. in ti. quis gn̄ale concilium ꝯuocare possit §. q̄ꝫtum aūt ad istud remedium appellationis ad futuꝝ concilium ꝛc. Ibiq₃ viuis rōnibus (vt arbitror) deduxi eam non valere. Pro ꝑmisso autem modo seruando: vī tex. no. in. c. ex parte. ii. i. de appel. Ubi latissime per oēs fere scribentes. Et est bona decisio Rote. de dolo et cō tu. deci. v. in āntiquis. Incipit. Nota qḋ vbi aliquis citatur ad locum non tutum, que docet istum modum et dicit qḋ istud tꝫ curia Ro. Et qḋ oīno excipi debeat de loco non tuto: lꝫ notorium esset ipm non esse tutum: ē bona gl. in cle. appellāti. de appel. et ibi no. omissa altercatione. Inno. et Jo. an. in. d. c. ex parte. de appel. qui in hoc videntur ꝯrii. Utrum s. qui ad locum non tutus citantur statim appellare possint vel non. De quo ꝑ Philippū et Moderniores ibi. Et qn̄ his remediis et modis non obstātibus Papa oīno excōicaret: et priuaret ipsos Cardinales Puto qḋ nihilominus dicta eoꝝ appellatione tuti essent. Et sententia Pape nulla reputaretur, cum legitima appellatio ante censuras ꝓmulgatas interposita. iux̄. c. q̄rē ti. de verbo. sig. faciat sententiam censuraꝝ post appellationem ꝓmulgatam ipso iure nullam. de sen. excō. per tuas. et extra de appel. c. i. iuncta glo. et vtrobiq₃ per scribētes. Et plus ꝓbatur in. c. venerabilibus §. idem est etiam. de sen. excō. in. vi. qḋ stantibus dictis impedimentis, si iudex ꝓcederet sentētiando anteq̄ꝫ appellaretur, qḋ constito de hoc hmōi sententia et alia quecunq₃ statim sine difficultate aliqua reuocarentur. Nec obstaret si diceretur ꝯ ꝑmissa: qḋ Cardinales dicto casu appellare non possent. Quia a sententia Pape vel Principis nō appellatur. ix. q. iii. cuncta per mundū. glo. et doc. in. c. ii. de trans. ꝑla. et. ff. a qbus appel. non li cet. l. i. cum si. Qḋ ideo esse dicunt: q2 in terris non recognoscit superiorem. Q2 rn̄. vt supra et ꝯrium de iure verius esse satis apte ostensum fuit variis iuribus et rōibus ad hoc inductis. in ti. Quis concilium congregare possit §. admonebamur h̄ loco. Et ibi vidēda est solutio. ¶ De appellatione aūt

que fieri potest et solet: ad seipsum melius informandum. Ibi quoq₃ satis copiose dictum fuit. Et vtrūq₃ ꝓbari vī in. c. ad apostolice. de re. iudi li. vi. Ibi. Parata erat ecclesia seipsas corrigere: ac in statu debito reformare: et infra ibi. Et si diceret ipse: qḋ nos eum ꝯ iustitiā lesissemus ꝛc. et. i. ac reuocare sententiā: si quā ꝯ ipsum iniuste tulisset ꝛc. Quāuis Abb. panor. in. q. sua. Eps ꝛ qdam Rector ꝛ doc. in locis ꝑalle. Dicant hanc ꝓprie non esse appellationem: q2 non operatur ꝓprios appellationis effectus: vꝫ. deuolutiuum ꝛ suspensiuum. Sed potius esse ꝓuocatiōem q̄dam: q2 Papa ꝓuocaṫ vt diligētius examinet negociū: vt dixi ṡ. Et ꝓpea circa hoc vlterius non insisto. ¶ Sed pro cōdimento ꝑmissoꝝ vnum dico, q̄ si Papa taliṫ fulminanter ꝓcedens: hereticus: scismaticus. aut aliṫ in papatu intrusus esset: sꝫ ea que ṡ. diximus ꝛ dicēṫ. i. i loco suo. Tunc nō esset opus appellatione vel aliis remediis. Nec eius sententie vel censure trepidāde forent. Q2 tunc non diceret aplicus sed apostaticus. lxxix. di. siqs pecunia. Et ꝓpea oēs eius subditi: tūc non solum oēm obediētias ꝛ reuerentiam ei subtrahere ac ipsum deserere, sed ei de facto resistere possent: put ṡ. satis abunde dictum fuit. Dato q̄ de talibus criminibus non eēt accusatus nec inquisitus vel ꝯdēnatus: dūmodo essent adeo notoria: q̄ nulla tergiuersatiōe celari possent: iux̄. no. in. c. vr̄a. ꝺ cohabi. cle. ꝛ mulie. Que ꝯclō eliciṫ ex his que no. per glo. ꝛ doc. in. c. cum non liceat. extra de ꝑscrip. in. c. inter q̄tuor. de maio. ꝛ obe. ꝛ in rub. ibi. Ubi late per Feli. ꝛ Neothericos. iuncto tex. in. d. c. siquis pecunia. Ratio aūt eē vī: q2 hereticus ipso iure est excōicatus: extra de hereti. excōmunicamus: ꝛ subditi nō teneṫ obedire superiori excōicato. xv. q. vi. nos scōꝝ. ꝛ. c. iuratos. bonus tex. iūcta glo. xi. q. iii. iulianus. no. Bal. in. c. intelleximus. de iudi. que etiā ꝓcedunt si incidisset in errores: qui saperet spēm heresis: Etiam q̄ stricte non esset vā heresis: si pertinaciter in eo ꝑseuerarent: vt ꝓbaṫ ꝛ notari ꝯsueuit. in. c. si. de pe. ꝛ hī per diuum Tho. scōa scōe. q. xii. arti. ii. vbi pulchre declarat: qūo apostasia infidelitatis est iusta cā priuandi quem dn̄io reꝝ suaꝝ. Idē dicimus in scismatico: extra de elec. q2 diligentia. De symoniaco aūt in ordine vel electione sua modo ꝓbari possit. tex. est ꝛ ibi no. in. d. c. siqs pecunia: iduciṫ. xxiii. di. ꝑter hoc §.

hoc §. vez. Et T. late dictũ fuit de hoc. In tit. Quibus ex causis concilium gñale conuocari possit §. ex his z ex vbis dicte glo. zc.

¶ Qui z quot Prelati requirantur ad conciliũ legitimum cõstituendũ.

Videamus modo qui z quot epi vel Prelati reqrantur ad legitimum concilium constituendum: cuiꝰ qdem hesitationi rñdere vr gl. in. c. i. xvij. di. Dum ingt q gñale concilius statuit a Papa vel eius Legato cum oibus epis: qđ pbari vr. xv. dist. canones. Ibi sub hoc etiam sci Pres in concilio Niceno de oi orbe terraꝝ conuenientes: z in. c. sicut in fi. ibi. qz dum vli sunt ɔstituta consensu zc. Per que, q̃uis hoc iure expresse cautũ non reperiatur. Supposito tñ eo qđ T. conclusimus: in ti. Nunqd epi z prelati oẽs sint de necessitate vocandi. Videret concludeñ. q oẽs z etiam singuli interesse deberent. Ad hoc vt concilium vle dici posset: cum vniuersam ecclam repñtat. Sed qz tunc demũ dñr oẽs adesse qñ per alios repñtant: vel consensu tacito vel mandato expresso: sicut ab oibus illđ fieri dicimus: qđ a maiori pte vniuersitatis factum fuerit: lz aliqui dissentire repiantur. to. ti. de his q fi. a maio. par. capi. z ita intelligitur suprascripta glo. z iura pdicta. Nam nec tex. in. d. c. canones. dic q oẽs epi totius orbis fuerint pñtes, sed dicit q de oi orbe terraꝝ. s. de oibus nationibus z quatuor mundi climatibus aliqui ad expressum numeꝝ conuenerint. Nonnulli tñ dicere voluerunt q concilium gñale nõ põt dici legitime congregatum: nisi saltem due partes oium vocalium ac vocatoꝝ et vocandoꝝ pñtes fuerint: ar. eoꝝ que de aliis vniuersitatibus dici consueuerunt: z leg. ac no. per doc. in. c. bone. de postu. prela. z p Jo. an. et alios. in. c. i. de his que fi. a maio. parte. capi. in. c. lz. z in. c. bone. de elec. p tex. z no. i. l. plane. z in. l. nulli. ff. qđ cuiusqz vniuersi. no. Ibi cum due partes adessent aut amplius q̃ due. De quo ẽt i. l. noiationũ. C. de decurio. lib. x. ibi cum due partes ordis in vrbe posite totius curie instar exhibeãt. Sed ɔ hoc inducit: q lz in vniuerso orbe reperiant vltra tria milia epoꝝ: put constat in libello: q dr Prouincial. i camera aplica vbi describunt oẽs patriarchatus: Archiepiscopatus: z Epatus. Tñ videmus q i cõciliis antiquis: q̃tũcunqz gñalibus: non legimus interuenisse vltra sexcentos triginta Epos ad plus. Et in aliis conciliis multo pauciores. Ergo cum consuetudo sit optima iuris interpres: extra de consue. cum dilectus. et cum eius non sit vilis auctoritas. c. cum consuetudinis. eo. ti. z. c. fi. vr q exẽplo maioꝝ non sit de necessitate q pñtes sint due partes: sed tñ quotquot ibi cõgregati reperiuntur. Qđ pbari vr hoc modo: concilia gñalia prout T. annotauimus. in ti. Qñ et ex qbus causis concilium celebrandum sit: nõ nisi ex causis arduis: maximis: et periculosis celebrantur. Puta pro cã heresis: scismatis et hmõi: pbatur. xv. di. c. i. lxix. di. si duo. et. c. siquis pecunia cum concor. Cause aũt hmõi q̃to sunt periculosiores: tanto citius maturiusqz, ẽt non seruatis oibus iuris solẽnitatibus: expediri debent pp picula que occurrere possent tps cõterendo et res in longum deducendo: vt pbatur in. c. vbi piculum. de ele. lib. vj. bonus tex. xlij. di. quiescamus. vij. q. ij. c. fi. et. ff. ad carbo. l. i. §. ij. Ergo non sunt in conciliis expectandi oẽs vel dicte due partes. Qz ista expectatio longiorem tpis tractum regreret. Sed conuenientibus aliqbus Cardinalibus: Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis: epis, et Prelatis, vt dixi T. illi dñr legitimum concilium constituere. Et q̃ expedienda occurrunt celeriter aliis non expectatis expedire poterunt: cum illi necessitate instante totum vle concilium oino representent. Ad qđ bene facit tex. xxiij. q. iiij. guilisarius. vbi Papa inquit. Nec dimitto ppea officium meum: sed cum epis quos cõgregare potui zc. sicut in simili de aliis vniuersitatibus ẽt dicimus. Quia lz oẽs non conueniant. Tamen Scabini priores vel senatores eoꝝ expedire pñt incumbentia vniuersitati: prout no. Bar. i. l. oẽs ppli. ff. de iusti. et iur. et no. in. l. cum nauarchoꝝ. C. de nauicula. lib. xj. Et hoc forte intellexit glo. in. l. aliud §. refert. ff. de reg. iur. dum dixit. q primo põt populus: vel decuriones qui psunt loco populi: hoc idem probatur. in. d. c. vbi periculum. vi. Idẽ quoqz Cardinales. Ibi vel nisi aliqđ tam grande et tam euidẽs piculũ imineret: q oibus et singulis Cardinalibus pñtibus cõcorditer videret illi celeriter occurrendũ, et idem in aliis electionibus et rebus per aliquam vniuersitatem

